

1201.

Lamulband

007a

DISSERTATIONE INAUGVRALI
DIFFERENTIAS IVRIS
ROMANI ET GERMANICI
IN
DIGNITATE
VXORIS,

Dom Fünckel-Adel/

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO REGIAE DOMVS PRINCIPE AC DOMINO,

CAROLO,

PRINCIPE PORVSSIAE, MARCHIONE BRANDEN-
BURGICO, CETERA,

PRAESIDE

IOANNE PETRO Ludewig, ICto,

SACRAE REGIAE MAIESTATIS CONSILIARIO INTIMO ATQVE IN REGI-
MINE DVCATVS MAGDEBURGICI, PROFESSORE IVRIS AC HISTORIA-
RVM ET DVCALIS TABVLARII PRAEFECTO b. r. FRIDERICI-
ANAE PRORECTORE,

PRO PRIVILEGIIS IN VTROQVE IVRE DOCTORIS,
RESPONDEBIT

IOAN. CHRISTIANVS ECKARDT,

VITEBERGENSIS
CVRIAE SAXONICAE ADVOCATVS.

DIE IX. MENSIS IVLII ANNI clb Idcc xviii.

H. L. Q. S.

HALAE VENEDORVM

Typis IOANNIS MONTAGII, Acad. typogr.

DSSERTATIONE INAEQUALI

DIFFERENTIAE IURIS

ROMANAE ET GERMANICAE

IN

DIGNITATE

VXORIS

JOHANNIS HENRICH

RECTORIS MAGNIFICENTISSIMO

CAROLO

PRINCIPIS FORVINGIAE MARCHIONIS HEREDIS

PRAEFATE

IOHANNI PETRO

PROFESSORIS IURIS ET HISTORIAE

PROFESSORIS IURIS DOCTORIS

IOHANNI CHRISTIANO BOKARDI

ADVOCATI CAESARIS

IN VIENNA

MDCCLXX

HAEDE KNEBORN

Typis IOHANNIS MONTAGII, Acad. Typogr.





PROOEMIUM.



SI iurium *Romani & Germanici* confusio ac perturbatio circulos, decreta, dogmata, sententias patriae iureconsultorum ulla in re turbauit: illud omnino factum esse putamus in hoc, quod inscriptissimus, argumento. Suprema etiam imperii tribunalia hic titubarunt iureque usi sunt adhuc uere incerto. Quod centum, in gratiam *uxoris & liberorum* imparis connubii, adfirmant statuuntque; *radiis iurium & dignitatum mariti* utrumque & *uentrem & partum* gaudere: illud totidem non minori conatu inficiantur sentiuntque; *uxorem ex plebe* mariti, licet principis, & per manere *plebeiam & liberos parere infimae sortis*. Conabimur nos momentosae litis plusquam cimmeriis tenebris lumen adferre ex differentiarum utriusque iuris, Germaniae & Latii adparatu.

A

DIF-

DIFFERENTIA I.

Num foeminis dignitatum codicilli imperiales *Udel-Briffe*,
Grafen und Fürsten-Briffe?

De NOBI-
LITATE
CODICIL-
LARI foem-
inarum
dem Kun-
del-*Udel*.

Romano iure omnino incertum, utrum
foemina PLEBEIA consequi potuerit
DIGNITATIS gentilitiae imperiales
CODICILLOS [a]; quoniam sequiori sexui uix
merita esse poterant in rempublicam, quae cau-
sa eius generis corollae [b]: contra in mores iuit
Germanici imperii, ut imperator foeminis, bene-
merentibus, maioris dignitatis adsignet gradus
ac plebeiam adpellet NOBILEM, hanc COMITEM,
imo PRINCIPEM, [c], idque ratione patrii moris
consultissima [d]

Rationes
apud Ro-
manos
neganti-
um.

1) a iure
aureorum
annulorum
dato foemi-
nis.

2) abster-
sione
ex arte sce-
nica.

(a) Ex aduerso hic stare uidetur *VLPIANVS*, quoniam, eius iudi-
cio, foeminae quoque iura impetrare possunt 1) annulorum 2) ingenui-
tatis 3) natalium. Manifesta est *L. etiam 4. ff. de iure aureor. annulo-*
quam describemus uerbatim: *Etiam FOEMINAE ius annulorum aureo-*
rum impetrare possunt (a principe,) & iura INGENUITATIS impetrare &
NATALIBVS restitui poterunt. Deinde ipse imperator foeminis se exhibet
indulgentissimum. Nam illis, quae per *scenicis & ludicras artes* ui-
tamque turpem amiserant dignitatem, ex eo ueniam pollicetur imper-
titque, ex quo ad frugem redierint. Ita enim *IUSTINIANVS*, dubium
an ex suggestione *Theodora*, praecipit instituitque *L. 23. Imperialis C.*
de nuptiis cuius hic uerba contrahemus: *Imperialis beneuolentiae pro-*
prium, lapsus quoque mulierum subleuare. Itaque quemadmodum ser-
ui, libertate donati, per diuinam indulgentiam possunt fieri ingenui; ita
MULIERES scenicas, si hanc uitam reliquerint, pristino restituius honori,
permittentes, ad matrimonium eos uenire cum senatoribus & uiris aliis
primariae dignitatis. Etiam liberos ab hac macula absoluius, si illi
abhorruerint ab eius generis damnato genere uitae. Hoc igitur filium
esse

esse videtur consecutionis: si imperator FOEMINIS PLEBEIIS ius annulorum aureorum dat, necessarium est, illis eum dignitatis iura conferre, quia annuli aurei indicium sunt non nisi amplissimae, senatoriae, equestris, tribunitiae similiumque. Alterius legis argumentum est hoc: si imperator scenicis mulieribus maculam abstergit codicillo imperiali dignitatique illas restituit; etiam mulieres honoribus augentur gentilitiis. Sed primum fieri, dicit Iustinianus. Non igitur dubitandum de ultimo. Praeterea quemadmodum tandem eo dilapsus est imperator, indulgentia hac sua in sexum muliebrem, ut omne libertorum & ingenuorum tolleret discrimen eoque ipso quo servus manumissus fuerat, etiam haberi debuerat non solum pro ingenuo, sed etiam pro ciue Romano &c, quod magis, pro eo, qui schemata haberet nobilitatis, id est, aureorum annulorum; ita omnes quoque hos iurium & dignitatum gradus consequuta erat foemina, ancilla ex lege manumissionis Caesarea indulgentia cohonestatae. Ita enim in NOVELLA 78, cap. 1. Sancimus, si quis manumittens ANCILLAM suam CIVES denuntiauerit Romanas, neque enim aliter LICET, sciat ex hac lege eam habere ius aureorum annulorum & regenerationis, neque porro hoc ius a principe postulabit, Sed consequetur solius libertatis uirtute, idque ex praesenti die inchoante. Non enim aliqua horum, quae prius facta perscrutamur. Quod repetunt BASILICA Fabrotti lib. 48, lit. 26, cap. 1. Ad extremum etiam ancilla in concubinato habita a domino, ad dies uitae, illo demortuo iura nanciscebatur ingenuitatis, quod dicit deciditque L. 4, §, 7, C. de bon. libert. Neque uel hoc ipsum alia ratione factum, quam ex Caesaris indulgentia, qua illi quoque insignia aureorum annulorum data, communia ingenuitati. Sed haec omnia talia non sunt, unde clare intelligi possit, Caesares ex muliere plebeia nobilem adpellauisse. Nam, quod primum attinet, ius quidem annulorum ex auro ornamentum fuerat nobilibus personis proprium, quoniam plebeis sufficere debuerat argentum, seruis ferrum: sed tamen potuit lex foeminas nobiles intelligere, quae nobilitatem per uitae sorditium amiserant ac Caesaris indulgentia restituebantur, quod hic non disputatur. Accedit, fieri etiam potuisse, ut plebeiae inter muliebrem munditiam annuli etiam aurei usus indulgeretur, sine mutatione status & iure nobilitatis. Quod etiam postea in mores iuerat, docente hoc l. un. C. nulli licere margaritas aptare atque Nouella Leonis 81, ubi ornamenta matrimonia-

3) concessione aureorum annulorum ancillae manumissae facta.

4) ab ancillae ob concubinatum ingenuitate, REPOSITIO ad objectionem, 1) ex l. 4. ff. de iure annul.

- ad 2) ex *lia* ab lege uestiaria excipiuntur. Ad alterum dicimus, quod aliud sit
 23. C. de ex plebeia facere nobilem; aliud nobili foeminae restituere amissa iu-
aupt. ra nobilitatis. Vltimum hic loci non requiritur. Neque in tertio
 ad 3) ex aliquid roboris, quoniam illud docet nobilium schematum abusus, et-
 Nou. 78. iam plebeis indultos, non uero *foeminae plebeiae* collationem *nobilim-*
 ad 4) ex *is*. Quod idem repeti debet in oppositione *quarta*, quae eiusdem.
 l. 4. §. 7. C. cum tertia argumenti. Sed quid de exemplis sentiendum eorum im-
 de bon. li- peratorum, qui *foeminas nobiles adpellarunt*? scilicet in mores iuerat
 bert. apud Romanos, ut in *augusti* esset arbitratu, uxorem, imparis licet
 5) exempla *fortis*, dicere *augustam*. Quo nomine quidam Caesares adpellarunt
foemina- salutaruntque *concubinas* quoque suas idemque *augusti* uerbum dede-
 rum nobili- runt fratribus, parentibus, auis, cetera, quod docet SELDENVS in *tit. ho-*
 um ex ple- nor. part. 1. cap. 6. p. 107. 108. seq. Verum id factum erat non foe-
 be. minarum causa, sed intuitu eorum Caesarum, in quorum familia & a-
 6) foemi- more uersatae foeminae, de quo postea. Tandem neque hoc satis est,
 nae saluta- foeminas etiam dictas fuisse *nobiles* atque oppositas *plebeis*, quod frus-
 tae nobiles. tra, meo quidem iudicio, probat TIRAQUELLVS de *nobil. cap. 18. n. 44.*
p. 67. quia hoc nemo uocauit in dubium, quod mulieres nobilitatis
auitae & conjugalis capaces sint nomenque hoc ideo sustineant. Ve-
 rum de eo disquiritur, utrum *plebeia*, *sui* causa, non aliorum, *patris*,
agnati, mariti, codicillos promereatur nobilitatis. Qua in re animi
 pendemus.

Rationes (b) Causae ad dubitandum, quod mores Latii tulerint; *mulie-*
 negandi, *rem* plebeiam, *sui ipsius* ergo, *consecratam* fuisse codicillos *dignitatis*, hae
 nobilitatis. quidem sunt, quae subsequuntur. Principio dignitatis largitio fieri
 codicillos debet ob *meritum* aut munus in *republicam*: sed mulieres ab utro-
 concessos que legibus Latii excluduntur L. 2. *foeminae ff. de R. I.* cumque *gen-*
 esse mulie- *teribus* *concentus* instar sit uocis *naturae* neque ulla fere in orbe superfit
 a) quia LL. uniuerso, quae foeminae indulgeat publica munera: ideo gentium
 eis negant quodammodo iure idem potest adfirmari. Praesertim quod ratio
 officia. idonea accedit, ne foemina *naturae* munera, ad quae est uocata, par-
 imo *gentium* tum & liberos negligat, obeundo *officium civile*. Deinde, licet omni-
 um instituta, tum, quae Romae sunt facta & litteris adnotata, non meminere,
 & ratio. non tamen mihi exemplum occurrit ullum, unde discere potuerim,
 b) exempla principes Romanos, foeminae *sui* meritorumque suorum causa, scri-
 Romae pisse
 defunt.

uisse nobilitatis codicillos. Neque etiam Ioannes Boccacius *illustrum heroinarum biographus*, eius exempli aliquid producit, nisi quod *cap. 96. de Faustina* habet, eam *consultu senatus* AVGVSTAM adpellatam, cum viro imperavisse, quod ante illam contigerit nulli. Sed haec non sunt nostri argumenti. Tandem cum decorum muliebri Romanis potissimum moribus esset in eo situm, ut foeminae agerent in oculto: fieri non potuit, quin illae, quae ad heroicas uirtutes uel gratiam & amicitiam principis, omnis dignitatis fontem, anhelabant, simul incarrerent in suspicionem, infamiam, dedecus omne, undè ipsa honor nullus poterat reportari.

(c) De Angliae regno agit SELDENVS *de rit. honor. part. II. cap. 9.* Qui Gerprobatque, in mores iuisse; quod rex foeminis etiam maioris dignitatis scribat codicillos, *plebeiam creet nobilem*, nobilem adpelleat *comitem*, nobilitet hancque faciat *ducem*, cetera. Sed hoc institutum credit soli Angliae foeminas proprium, neque ulli regno solenne alias. Causam eius, nisi fallor, in fauore quaesueris, quo Angli feruntur, praec aliis populis, in sexum sequiorem, uel etiam in liberiori uiuendi genere, quod foeminis in Anglia solet indulgeri. Ut adeo muliebres illis uirtutes & in pretio singulari & in publico obuersari queant conspectu (*). In eo tamen fallitur Seldenus, quod in sola Anglia foeminis ex plebe scribantur nobilitatis codicilli. Nam idem quoque in Germania omni tempore esse factum, illud quidem est, quod dabimus commonstratum. Principio occurrit in historiae mediae aevi exemplum *Adelheidis*, quae cum nupsisset Reinhardo C. de *Hagenoue*, quidam eius gentilitiam dignitatem uocarunt in dubium. Ne igitur iste rumor uel marito uel liberis ex illo matrimonio pronatis ulla ratione obesset: Rudolfus imperator, non suo tantum, sed imperii, quod notabile; consensu *absterse maculam* dixitque Adelheiden, si quidem *plebeia* esset, *nobilem* per-

Exempla
foemina-
rum, quae
ex plebe di-
ctae nobiles
an. 1273

A 3

im-

(*) Ita enim se uerba habent regalis codicilli: quod regium solum firmet effluens praemiatio meritorum. Haec sane in regiae celsitudinis avario reuoluentes attendentes in natam Margarethae nobilitatis adfluentes, quae auro nostro & nobis se semper OBSERVATOSAM exhibuit & deuotam & quae reliqua de adfensu parla-

menti ipsam in ducissam cum titulo, stilo, nomine ac honore in praemium uirtutis extulimus. Si quid adsequor in moribus Romanis, non putauerim, foeminae pudorem ac necrudiniam eius generis elogia sustinuisse, quibus principi obsequiosa audit & bene de illo merita.

Cum con- imperiales codicillos (*). Etiam archiprincipes electores non solum
sensu archi- in consilium adhibiti huius adpellationis, sed etiam libelli hodieque
principum. supersunt in hoc argumento, unde constat, non suomet id fecisse im-
peratorem arbitrato, licet plenitudinis potestatis faciat mentionem; sed
ante consensum impetrauisse archiprincipum electorum (**). Du-
bium certe, utrum ex superfluo, an vero ex publici iuris necessitate.
Si quidem haec nobilitatis adpellatio prodesse debuit liberis in territo-
riis imperialium ordinum, qui moribus excludere solent principum
filios, natos ex matre plebeia. Neque liberorum intuitu, imperiales
hos codicillos ad nobilitatis iura sufficere credidit idem imperator, quin
An. 1237. etiam eosdem postea sigillatim scriberet filiis, quam formulam pariter
dabimus in margine (***) . Succedat exemplum aliud eiusdem impe-
ratoris.

(*) Laudavit codicillos imperiales Romani ac patrii iuris uir consultissimus, Ioan. Carol. CRANZIUS in *dissertat. de S. R. I. comitum Austregis* §6. Quos dabimus in epitome. RVDOLPHVS D. G. rex Romanorum &c. nobili mulieri Adelheidae salutem. Cum oblata nobis mariti tui C. de Hagenovve petitio continebat, quod ipse te olim ea intentione duxit in uxorem, quia te NOBILEM fore credebat & quidam postea adseruerunt, te NOBILEM non esse. Supplicauit ideo, ut super hoc prouideremus. Hinc personam tuam, ob grata obsequia, quae maritus tuus nobis exhibuit, ad tollendum eiusmodi dubium, eo, quod a patre ministeriali genita esse dicebaris, a te notam originis, si qua extitit, adimus & de consensu principum nostrorum, qui coronationi nostrae interesse poterant & debebant, TE PVEROSQUE tuos, si quos habes reddimus & donamus NOBILES & ingenuos de utroque parente ac ab omni seruitute ministerialium liberamus praesentium testimonio litterarum. Supplentes de plenitudine potestatis (& tamen cum consensu principum electorum) si quis defectus extitit in praemisissis. Datum Aquisgrani VII. Kal. Nou. regni nostri anno 1. Christi an. 1273.

(**) Ne dubitari posset de electorum archiprincipum uero eoque necessario consensu, ideo singuli eorum scriperunt singulares libellos, qui hodieque supersunt. Scilicet 1) VVERNERVS archiepiscopus MOGVNTINVS 2) ENGELBERTVS COLONIENSIS 3) HENRICVS TREVIRENSIS 4) IOANNES DUX SAXONIAE 5) IOANNES marchio BRANDENBURGICVS, defuncto uero diplomata 6) PALATINI 7) BAVARIAE ducis ob lites tum agitatae, penes quem dignitas esset electoralis, ideoque etiam 8) BOHEMIAE rex omissus ob ferram contentionis eandem. Placet formulam omnibus communem hic inferere summam. N N N N N. nobili mulieri ADELHEIDAE salutem. Cum dn. de HAGENOVVE maritus tuus ea intentione te duxerit in uxorem, quia te nobilem fore credebat & Rudolfus imperator te & pueros tuos nobiles reddidit. Quod huiusmodi gratia de pleno nostro consensu & certa scientia fuerit tibi facta, hoc publice protestamur praesentium testimonio litterarum Aquisgrani an. 1273. Kal. Nou.

(***) Imperatoris libellus est hic: RVDOLPHVS D. G. Rom. rex uniuersis Rom. imperii fidelibus gratiam & omne bonum. Nouerint uniuersi, quod nos, deuotionis puritatem intuentes

REIN.

ratoris. Nam duxerat HENRICVS Misniae marchio anno 1277. *Elisabetham Maltiziam*, inaequali sorte natam, quicquid scribant Saxonici historici (a). Iure igitur metuerat sibi suisque princeps maritus, tristes sequuturos *imparis comubii* effectus, id est, negatum iri filiis ideo suis successorem in principatu. Propterea eodem, quo Hanauensis, usus est consilio petiitque ab imperatore Rudolfo I, ut cum matrem, tum natos ad dignitatem eueheret principalem. Annuit uoto Caesar scripsitque ideo *codicillum principalem* einen Fürsten-Brief, anno 1278. cuius summam dabimus in margine (b), cum inde certissimum argumen-

An. 1278.
codicillus
foeminae
nobilitatis
in Misnensi
principatu.

REINHARDI de Hagenowe & filii sui VLRI CI de Hagenowe desiderius eius annuimus, honestam matronam Adelheidam uxorem & filium Vlricum ab omni seruilis & ministerialis conditionis respectu eximimus ac ipsos ingenuitatis & liberi partus honore & titulo perpetuo insignimus. Volentes, eos sic in ingenuorum & nobilium sorte ac numero recenseri ac si de uentre libero nati essent. Ita quod ad successionem honorum feudaliū & quorumlibet pari forma, sicut nobiles & ingenui admittantur & uniuersaliter omnibus iuribus, libertatibus, dignitatibus, honoribus, conditionibus, quibus ingenui a sacris sunt legibus & consuetudinibus adprobatis insigniti, in perpetuum, ex donatione & indulgentia regia gaudeant & dozeantur. Datum in concilio Herbipolitano VII. Kal. April. indict. 15. an. dni. 1287. regni nostri 14. Eundem codicillum imperatoris omnes iterum electores consensu suo adprobauerunt scripseruntque hoc sine & foeminae & filiae comitibus litteras testatrices. Quas nolo exseribere, cum facile ex superioribus exemplis formulae eorundem possint colligi & iudicari.

(a) Nam alii gentem *Elisabetbae* huius dicunt *Miltiziam*, hodieque illalutem; alii *Maltiziam*. Traduntque patrem eius dominum fuisse *Lichtenstennii*, quod etiam habet FABRI-

IVS lib. 6. Orig. Sax. p. 577. VVECKIUS in

chron. Dresd. p. 105, adpellat eum einen Landsherrn zum Eichtenstein, prouocatque ea in re ad *codicem Mstum*. Quod utrumque est falsum. Nam in diplomate, mox recitando, huius mulieris conditio dicitur *seruilis* seu *ministerialis*. Sed hoc nomen isto aeuo cum denotauit, qui se operasque suas addixerat alteri pro mercede fueratque ideo in numero *adscriptitiorum* glabac. Proptereaque uel nunquam habuerat *nobilitatem* uel eandem hoc uitae genere *amiserat*. Ita etiam RVDOLFINVM diploma superius p. 6. quae a patre ministeriali *genita* esse dicebaris, a te notam originis super eo *adimus* & ab omni seruitute ministerialium *liberamus*. Hoc lumen addi debet illis, quae habent de *ministerialibus* HVNDIVS in Begehrl. Stamm. p. 404. atque HERTIVS de subiect. territor. 25.

(b) VVECKIUS in chron. Dresdensi p. 159, illud exhibet cum Caesareo sigillo, quod nos contrahemus. RVDOLPHVS D. G. Roman. rex. Nouerint uniuersi, quod nos deuotionis insignia, quibus illustris Henricus marchio Misnensis, princeps noster dilectus nos ueneratur, intuentes deuotis suis supplicationibus inclinati, Elisabeth, legitimam thori sui consortem, Fridericum natum legitimum & alios liberos futuros ab omni seruilis seu ministerialis conditionis respectu de plenitudine potestatis eximimus

&

gumentum, Saxonicum principatum inaequalia matrimonia non ferre ideoque opus esse, ut Caesaris beneficio inferioris fortis foeminae ad principalem dignitatem euehantur. Neque recentiori aevo ignoti eiusdem generis imperiales codicilli, in quibus imperator uel plebeias creat nobiles uel inferiorem nobilitatem ad maiores gradus baronum, comitum, ducum extollere solet atque efferre. In quibus praecipue eminet ille, quem dedit LEOPOLDVS AN. 1666. Benthemensi. Scilicet duxerat Ernestus Wilhelmus, comes Benthemensis an. 1661. uirginem uilioris fortis Gertrudam van Zelft in uxorem, ringentibus aduersus hanc matrimonii imparitatem fratribus & agnatis. Quod pater eius praetor fuisset Vrbanus Zellemi. Qua propter cum litteris supplicibus instruxit comes suum ablegatum, ad Caesarem, ut plebeiam uxorem adpellaret comitissam. Adfurrexit imperator petitioni scripsitque ideo comitissae codicillos an. 1666, quos recitabimus per epitomen (c).
Plura

Codicillus foeminae nobilitatis an. 1666. in Benthemensi.

Et ipsos ingenuitatis et liberi partus honore et titulo perpetuo insignimus. Volentes eos sic semper in ingenuorum et nobilium sorte et numero recenseri ac si de ventre libero nati essent. Ita quod ad successionem bonorum feudaliu pari forma sicut ingenui et nobiles admittantur, Et uniuersaliter omnibus iuribus, libertatibus, dignitatibus, honoribus, conditionibus, quibus ingenui a sacris sunt legibus et approbatis consuetudinibus insigniti, in perpetuum ex donatione regia gaudeant pleno iure. Ex praemissis itaque praefato Friderico, ac ceteris liberis Marchionis praedicti, si quos ipsum in antea ex praedicta Elisabeth pro creare contigerit, fauorabiliter indulgemus, concedimus et donamus, ut bonis Marchionis ipsius, possessionibus, terris, dignitatibus, et ceteris iuribus quibuscumque equo possint et debeant iure succedere ac si de partu et ventre libero nati essent. Et ut haec gratia nostrae permissio singularis, quam ex certa scientia fecimus, perpetue roboretur obtineat firmitatis, praesens scriptum exinde conscribi et Maiestatis nostrae

sigillo iussimus communi. Datum apud Zooymam 2do nonas Ianuarii, Indict. VII. anno dni. MCCLXXVIII. Regni uero nostri anno sexto. Est hic codicillus ualde momentosus cum ad contendendos illos, qui inaequalia matrimonia etiam in Saxoniae principibus adprobant, tum ad tuendum Caesaris iura: nobilem adpellandi mulierem ex plebe.

(c) LEOPOLDVS D. G. Rom. imperator. &c. Cum Ernestus Wilhelmus comes de Benthem duxerit in uxorem Gertrudam Zeltiam honesta gente ex ordine ciuium oriundam: petiit ut eam in dignitatem eueberemus comitalem in den Gravenstand). Et singulari gratia id facimus uxoremque comitis creamus imperialem comitissam. Conferimus eidem honorem, dignitatem, nomina, titulos, insignia, arma, iura omniaque alia, quae habere solent imperiales comitissae. Mandamus, ut omnes illam pro comitissa habeant, saluent et scribant comitissam, eiusque liberos aestiment iure illorum, qui editi sunt matre comitissa. Datum Viennae die XXIII. Ian. anno 1666. Ex historia superioris

Plures eius generis codicillos & adpellationes principales foeminae a In Anhalti-
Caesare factas dare possemus, si quidem ulla superesset Caesarei iuris na anno
& instituti dubitatio. De *Anbaldina* principe *Coethenfi*, GISELA AGNE- 1694.
TA a RATH, quam Caesar Leopoldus an. 1694. die 23. mensis Iulii com-
missam de Nienburg creavit, legi potest BECMANNVS *part. V. historiae*
Anbald. lib. 3. c. 3. §. 5. p. 464. 465. eiusd. partis & libri cap. 9. §. 14. An. 1698.
anno 1698. pag. 291. Alia plura sciens omitto. Neque dixeris,
foemineas eius generis ad dignitates promotiones in gratiam,
tantummodo factas esse maritorum. Nam dare etiam hoc
solet uirginum uirtuti imperator, ut laurum conferat maioris digni-
tatis. Quorsum non minus exempla pertinent *doctarum mulierum*, Foemina-
quibus in academijs cum docendi munera *professorissarum*, tum *insu-* rum digni-
lam magistralem & doctorem, liceat in rebus aeni barbari *barbare* tates littera-
loqui, collatam esse, ostendit *ITTERVS in honoribus academ. cap. 7. §. 6.*
p. 217. Quod certe non maritorum causa factum esse, sed ipsarum *foe-*
minarum ergo, nemo inficiabitur.

(d) Ne praeter rem & rationem fieri quis existimet, quare Ger- Causae
manorum instituta a iure Latii abeant in promotione foeminarum ad discrimi-
publicas dignitates; causas utriusque discriminis aperiemus. Iure nis Latii &
Latii foeminis parum uerecundum, prodire in publicum & uirtutum *Germani-*
edere specimina (*). Sed mulieres *Germanicae* in templis spectacu- ae in pro-
lis, conuenticulis, conuiujs, tabernis, foris, comitijs, agere solent. motione
cum masculis, ut adeo earundem illis uirtutes & uitia, saluo pudore, foemina-
queant innotescere. Deinde *Latii* moribus foemina nobilitari po- rum ad
tuit per maritum, ut Caesareis codicillis non esset opus; sed gentiliti- dignita-
am mariti nobilitatem institutis *Germanorum* non consequi uxores, tes. Ut
insequenti differentia dabo commonstratum, quare requiri omnino uirtutes
coepit *nobilitas codicillaris*. Porro *Latii* iure *muneris publici* ratio at- sequantur
tulit praemia.

B

rioris aeni notum, quantae ea de re lites dome-
sticae subortae & agitatae sint in gente Benthe-
mensi praecipue cum Stenfurtijs. Quod comes
maritus nouisset coelibatum; fratribus fecisset
succeedendi spem; subreptitie obtinisset codi-
cillos; mores familiae hoc non ferrent; ipse
pater demum renouasset haec omnia in odium

filiorum ex Zellstia. Verum bona tandem cau-
sa uicit neque porro Benthemensibus ex Zellstia
comitibus status aliqua controuersia.

(*) Post alios plures lege FABRYM in *Seme-*
strium libr. III. c. 14. & in *commentario ad l.*
2. ff. de R. L.

- 2) tollere- tulit gentilitiam dignitatem, si pater fuerat consul, senator, praetor, praefes cetera, quod argumentum exhaustit declarauitque Tirac-
 tur impari- quellus; uerum contra in mores, corrupti licet iudicii, iuit apud GER-
 tas patri- monii.
- 3) primari- MANOS, ut filii filiaeque ducis belli, administri status, consilarii prin-
 orum officii- cipis numero habeantur personarum plebeiarum, quae macula aliter
 alium possi- tolli non potest, quam per imperiales aut regales codicillos. Vnde,
 teritas por- uerissimum est, neque tamen ab honestate alienum, quod uno anno
 ro non esset in Caesaris ac regum curiis plures scribantur distribuanturque nobi-
 plebeia. *litatis codicilli*, quam forte omni aeuo dati ab imperatoribus Romanis,
- 4) nobilita- Accedit, quod *Latii* unus aut duo gradus nobilitatis, equestris forte
 tis codicil- & patritiae; contra aliquot abhinc seculis Germani effinxere innum-
 laris plures meros. Nam alia nobilitas ducum, alia principum, iterum alia comi-
 gradus. tum, baronum, dominorum, equitum, nobilium infimi gradus. Fit
 ergo ideo, quod hodie largior ad codicillares dignitates messis, quam
 olim in curia imperiali Taceo, per *Latii* iura etiam *nobilitatem*,
 conferri potuisse, *adoptando*: quod fieri nequit iure publico Germa-
 niae, nisi accesserint imperiales nobilitatis codicilli. Et quae diffe-
 rentiarum utriusque iuris causae sunt generis eiusdem,

DIFFERENTIA II.

Num uxorem plebeiam nobilitet nobilis maritus?

De NOBI-
 LITATE V-
 XORIS EX
 dignitate
 mariti,

Romano iure *maritus nobilitare poterat uxorem* [e], imo *plebeia* ipso iure facta ideo nobilis iueratque in eandem cum marito honoris societatem [f]: contra Germani neque id marito dant neque eum honorem indulgent matrimonio, ut adeo etiam p[ri]ncipis uxor plebeia audiat, si uilioris fuerit sortis, usque dum ab Augusto consequatur *nobilitatem codicillarem*. Quos mores patriae adprobant leges, exempla, ratio, consuetudo [g], quicquid alii sentiant ac disputent ex aduerso [h].

(c) Leue

(e) Leue hic brachium satis est, cum res sit manifestissima, La-LL. Latii
 ni iure uxorem nobilem fieri per nuptias initas cum nobili marito. *uxor radi-*
 Dicit hoc l. 13. *mulieres C. de dignitat.* his quidem uerbis: *mulieres ho-* is coru-
nore maritorum erigimus, GENERE NOBILITAMVS. Quae eadem uerba *scat nobi-*
 repetit l. 9. *mulieres C. de incolis.* Neque tantum adipiscitur nobili- *latis ma-*
 tatem per maritum, sed etiam ob ignobilem maritum eandem rursus *riti,*
 amittit. Ita enim *Novella 22, cap. 36.* *Non tamen permittimus mu-*
lieribus ad secundas nuptias uenientibus adhuc uelle priorum maritorum
dignitatibus ac priuilegiis uti. Sed quale post priorem uenerint matri-
monium, istius amplectantur fortunam. Quae enim priorum oblita est,
non rursus ex prioribus adiuuabitur. Idem dicit *Nov. 105, cap. 2.* *Vxo-*
rem decet frui mariti claritate & coruscare radiis mariti. Et claritas
beneficio mariti parata est uxori, quod habetur l. 10. cum te C. de nupt.
 Etiam Vlpiani iudicio foeminis dignitas tribuitur mariti l. 8. *foeminae*
nuptiae ff. de senatore. Atque ita ius quidem *nonissimum Iustiniani:* quod
 ipsum cum discrepet a Legibus Latii antiquis, placet historiam huius
 iuris hic contrahere in epitomen. Scilicet principio legum Roma-
 narum nuptiae fuerunt *triplicis generis* 1) per *usum* 2) *emtionem* 3) *Quae olim*
confarreationem. Erat igitur in arbitratu positum mariti, utrum mal- *in potestate*
 let uxorem in *primo* genere an in *altero* uel *tertio.* Si *ultimum* placu-
 it, tum uxor consors fuit mariti sacrorum, bonorum, nominis, *digni-*
tatis; non uero si alterutrum ex primis. Quorum generum uxor,
 dici potuit nostri aevi uerbo *admorganaticam.* Verum enim uero ab
 hac matrimonii libertate mox est discessum & leges connubiales
 hoc fine scriptae, ne *plebeia* nuberet uiro *nobili* & patritius sanguis
 cum plebeio confunderetur inficereturque. Inde *LL. XII. tabular.*
 ne *patribus connubium esset cum plebeis,* quod docent Romani histori- *matrimonii*
 ci *HALICARNASSEVS* lib. X, p. 357. XI, p. 870. atque *LIVIUS* lib. 4. cap. *imparitas*
 Verum anno V. C. 304. ideo plebs mouit in patritios arma studiaque, *improbata.*
 calamo descripta Liuiano: *an esse ulla maior contumelia potest, quam*
partem ciuitatis, uelut contaminatam, indignam connubio haberi?
Quid est aliud, quam exilium inter eadem moenia? Sane lege id probi-
beri & connubium tolli patrum & plebis id demum contumeliosum est
plebi. Cur non sancitis, ne uicinus sit patritio plebeus, ne eodem itinere
eat: ne idem conuiuium inear? Inter haec igitur studia patritiorum

B 2

&

Iterumque in gratiam plebis indulta. Iterum abrogata cum temperamento uno nisi imparitaz accedat et principis indulgentia.

alteroꝝ & plebis credibile est connubiales leges iterum fuisse sublatas. Verum rediit eas quodammodo Octavius Augustus consule utroque *Papio & Popeo* edixitque; ne senatoris filius uel libertam duceret uel aliam foeminam uilioris sortis macula notatam. Ita enim Paulus in l. 44, lege Iulia ff. de ritu nupt. Nisi quidem id fieret ex PRINCIPIS singulari INDVLGENTIA, quod habet VLPIANVS in l. 31. de ritu nupt. uerba sunt haec: si senatori ex indulgentia principis, fuerat permiffum, libertinam iustam uxorem habere: posse iustam esse. Igitur ad principis hic indulgentiam adligatum; quod olim in arbitratu & beneuolentia solius mariti, utrum hanc IUSTAM esse uellet uxorem, id est, suae dignitatis participem, an uero tantummodo contubernalem ac conthoralem. Valentinianus & Martianus hoc institutum plenus declararunt in l. 7. humilem C. de incestis. Cuius uerba sunt haec; Humilem uel abiectam foeminam (talem enim duci a uiro nobili fuerat nefas) minime eam iudicamus, quae pauper. Hanc igitur ducat senator. Non uero ancillam, sceniam, scenicae filiam, tabernariam, tabernarii & arenarii filiam aut quae mercimonii publice praesuit. Quae nuptiae nobilibus inhibitaee. Sed Iustinianus, in mulieres indulgentior, permittit nuptias nobiles cum muliere scenica, eiusque filia cum alius maculae foeminis, quam in honorem matrimonii ipso absterfit iure. Summatim l. 23. imperialis beneuolentiae §. 7. C. de nupt. his uerbis claudit; imo etiam illud remouendum esse censemus, quod in priscis legibus constitutum, ut matrimonium inter IMPARES HONESTATE personas ualeat tantum, si dotalia instrumenta confecta. His uero etiam NON intercedentibus omnimodo FIRMA sint SINE ALIQUA DISTRICTIONE PERSONARVM. Imo ne quidem his opus esse, si quidem maritus, qui duxerit uxorem ad marganaticam, ob sortis inaequalitatem, postea pleni iuris declarauerit matrimonium, colligi posse adfirmant ex NOVELL. 118. cap. 11. Neque hic dubitandum, cum NOVELL. 78. cap. 3. claris uerbis dicatur; Si quis (ergo & senator) libertam legitimam facere uoluerit uxorem, cuiuslibet dignitatis existat: nuptialia conficiat instrumenta (suam declaret uoluntatem). Hanc enim SOLAM post manumissionem OBSERVATIONEM ADIICIMVS. Et sint liberi & antecedentes & sequentes patris successores. Nam documentum nuptiale sobolem patri succedentem demonstrabit. Inde filium consecutionis apud iureconsultos: ingenui domini uxor, si ancilla, sic liber-

liberta, ergo & ingenua, imo nobilis, id est, iuris capax annulorum aureorum. Si quidem ita uoluerit maritus. Iustinianus summa imis hic miscuit ideo; ut nobilium ciuium spiritus retunderet facilibus ad nobilitatem uis, quos eousque acuerant aduersus principum potentatum. Atque hoc iure usi sunt Romani deinceps. Christianis praesertim sacris instituto fauentibus, quae inter ciues eiusdem regni coelestis & filios filiasque Dei & Christi aequalitatem pluris facit, quam impares gradus & fortunas. Ideo eadem hic summis & imis templa aperiuntur, iidem foci & areae, formula credendi eadem, iidem lares & penates, contra apud Romanos, qui diuersa diuersis adsignarunt. Ut adeo, plebis & nobilitatis discrimine sublati, diuersa sacra confundi ac pollui crederentur. Quod ultimum cum fieri non potuerit per formulam noui foederis: iam causa non superesse uidebatur, quare uxor cohibenda a dignitate, honore nobilitateque mariti. Vna igitur nox purgavit sanguinem a fece plebis; ibi eadem iura, quae ibroni, per cuius indulgentiam ordo plebeius uerti poterat in nobilem.

(f) Sequimur hanc iuris coniecturam. Nam, iuris praesertim Praesumptio ecclesiastica auctoritate, connubii nexus adeo sanctus, perfectus ac integro iuris meratus habetur, ut nemo credatur, coniugem suam participem facere, qui sit, uollet sui honoris & dignitatis. Imo tabulis Christianae oeconomiae, uxorem uerba inscripta: ut maritus uxorem amet & honoret. Et uix ultimo consequi satisfacit officio ille, qui illi pactis suptrahit, quod lege ei debetur, nobilitate. Imo quo uilior & turpior persona, eo maior uirtus mariti illius, qui rem ma- inde eam liberat & eximit nuptiis etiam ex lupanari. Plura habent riti? COVARVVIAS part. 2. de sponsal. cap. 8. §. 2. n. 9. FACHINAEVS lib. 3. controu. cap. 53.

(g) Id ergo nunc dicendum & commonstrandum: mores Ger- Quod in manerum non ferre, ut maritus per connubium nobilitet uxorem. Prin- Germanis cipio arduae huius & momentosae controuersiae loquantur LEGES, maritus In his clara sunt iuris feudalis ALEMANNICI uerba; partus deteriorem haudqua- conditionem sequitur, quod in uernacula est significantius, das Kind ge- quam no- horet zu der ärgern Hand (a), id est, partus sequitur conditionem paren- BILITET B 3 tis VXOREM.

(a) Cap. 102. §. 5. Quam legem etiam lau- adat HERTIVS in paroemiis iuris cap. 6. §. 2. p. 604. licet ipse postea militet in castris partis

aduersae. Sed locum ostendant illi, qui ea uai- ce nituntur.

- Probatur
 1) ex LEG-
 BYS AL-
 MANNICIS
 cap. 102.
 §. 5.
- Cap. 47.
 & 49.
- Saxonicis
 Landr. lib.
 3. cap. 72.
- Saxon. Le-
 dent. c. 2.
- Sachf.
 Landr. lib. I.
 art. 51.
- tis uilioris. Quod fieri non posset, si uxor dignitatem mariti ab eo-
 que consequeretur iura foemineae nobilitatis. Et alibi cap. 47. *iur*
 ALEMANNICI: *triplicis generis postquam descripta nobilitas* 1)
principalis 2) *dominica* 3) *landsasica*; demum ita praecipitur: *nemo*
nobilis nascitur nisi a patre nobili & MATRE NOBILI. Vnde filum con-
 secutionis firmissimum, contra ignobilem credi eum, cuius *mater sit*
ignobilis uel plebeia. Et porro cap. 49. *Ille demum nobilium natali-*
um, qui patrem & matrem habet nobilem, auos auiasque nobiles ex utro-
que latere cum patris cum matris. Praeterea cap. 51. *nemo renetur no-*
bilis comparere ac descendere cum alio in certamen duelli, nisi prouocatus
sit ab homine auitae nobilitatis, id est, cuius pater & mater, auus & auia
idque ex utroque latere ingenuam habeant nobilitatem. In uerna-
 cula: *Welch Semperfreymann ein seiner Genoss anspricht zu kampff/*
der bedarf zuwissen seine vier Anchen. Quorsum etiam trahunt illud,
 quod in iure SAXONICO *provinciali lib. 3. art. 72.* inuenitur. Cuius
 ibi uerba sunt haec: *Ingenua proles clypeum patris sui obtinet, si aequa-*
lis generationis uel melioris, maioris. Das freygebohren Kind behält
 seines Vaters Heerschild ob (wann) es ebenbürtig ist oder das geboren. Id
 nempe uelle hic iureconsultum uolunt; *filium non haberi nobilem nati-*
uitate neque participem fieri paternae nobilitatis, nisi & mater sit aequa-
nobilis uel nobilitatis maioris. Vnde SCHILTER *ad cap. 40. iur. Aleman.*
p. 226. Sunt uero ebenbürtig aequales natuiua dignitate. Non igitur
 in hoc numero *naturales*, bastardi; non procreati ex *morganatico*.
 Neque in iure clientelari alia instituta. Nam licet cap. 2. dicatur uni-
 uersum. *Alle die nit sin von Rittersart von Vater und elder Vater/*
cum tamen supra iam ostensum sit, auiarum etiam requiri nobilitatem,
ad sustentacula gentilitiae nobilitatis; fieri aliter non potest, quam-
eadem accipi de matre & auia. Quod non aliter intelligitur a SCABI-
 NIS *MAGDEBURGICIS part. I. cap. 14. dist. 4.* Vbi omnino deciditur;
quod filius patri nobili in feudo non succedat, si matri desint natales.
 Quod enim supra habuimus in iure Suenico de *auia nobili & nobili*
matre, quae requiruntur ab eo, qui iuribus gaudere uult uerae & ge-
nuinae nobilitatis: id pariter habetur in SAXONICIS institutis. Et qui-
dem in iure provinciali lib. I. artic. 51. in medio; Welch Mann von
seinen vier Ahnen/ das ist/ von zweyen Altvätern und von zweyen Al-
 müttern

mütern und von Vater und Mutter/die unbescholden seyn/den mag niemand beschelden in seiner Geburch. Er habe dann sein Recht verloren und verwircket. Und welcher Schoppenbar/Freymann (Edelmann) einen seiner Genossen zu kampf anspricht: der muß beweisen/wer seine vier Ahnen seyn. Idem repetitur lib. 3. art. 29. Kein Schoppenbar Lib. 3. art. 29. Mann darf seine vier Ahnen benennen/er spreche dann einen seiner Genossen kampflich an. Imo eo etiam dilabitur ibi interpres, glossator, ut existimet Germanos uocem Ahnen ideo ab *anu* desumpsisse, id est, *uexula*, quoniam, ex quo utero aliquis sit editus, nobili uel ignobili, id inprimis soleat in natilium probatione requiri. Quae fides sit penes auctorem. Cum haecenus laudatae leges non opus habeant lumine eius generis. Satis enim est: *matrem ex connubio cum nobili uiro nequaquam nobilitari* neque coruscare radiis & gentilitia dignitate mariti. Neque hoc tantum ex LEGIBVS constat, sed etiam ex PRIVILEGIIS, 2) ex Caesarium PRIVILEGIIS.

Supra enim in *differentia I. litt. c. p. 4. 5. 6. 7. 8.* diplomata Caesaris in medium sunt prolata, per quae *foeminae plebeiae* in gratiam cum maritorum, tum liberorum suorum elatae sunt ad *nobilitatem*; quo certe opus non fuisset, si in Germanico imperio leges I. atii regnarent, connubiales, per quas sola mariti uoluntas & thorus foeminam nobilitat *plebeiamque* uertit in *nobilem*. Firmant igitur priuilegia eius generis Germanica iura; per quae *uxor mariti nobilis ideo statum non amittit, sed manet plebeia coniugiumque dicitur sortis inaequalis, imo liberi, inde pronati iuribus excidunt plenae nobilitatis*. Id quod etiam *formulae* ostendunt in eius generis nobilitate codicillari; machen ihn zu einem Schild- und Wappen-Genossen/ Rittermäsig/ Lehenbar/ Stifft- und Thurniermäsig/ denen gleich/ welche von Vater und Mutter adelich gebohren (*). Quamuis enim LEGES TORNEAMENTARIAE adeo genuinae non sint, ut iura inde queant responderi; in eo tamen, quod his ludorum generibus nulli *equiti* interesse liceat, nisi & *matrem & auam* habeat *nobiles*, omnino fidem merentur, quod abunde constet alias moribus huiusce omni aeuo usos esse Germanos ac uiuere illis hodieque.

Est

(*) Eius formulae codicillum habes etiam a- | 229. 230. Qui iungi debet illis, quos nos de-
pud SCHILTERVM ad ius Aleman. cap. 40. pag. | dimus superius,

Est enim articulus XII, his uerbis conceptus (*): *nemo prodire audeat in aream torneamentariam, nisi auitae ex utroque parente nobilitatis*

¶ LL. DV- (***) Quod certe mirum non est. Nam haec quoque fuere Germanorum instituta: *ne in monomachiam ire teneretur, ab homine ignobili aut impari sortis & natalium prouocatus* (***). Verba legis sunt (†): *Qui duellum indicere uoluerit, indicat sibi in generatione coequali. Quilibet homo potest duellum sibi in generatione deteriori, sed non deterior meliori negare.* Sive hoc fecerint Germani, quod nobilem sanguinem maioris haberent, quam plebeium sive ne ultimus primum pollueret sive quod negarent plebeis iura duelli sive quod ita retunderent uilioris hominis proteruiam, mihi quidem perinde est, cum satis sit, causam hic indicasse, quare a matre ignobili editus ludis & certaminibus torneamentariis non potuerit interesse. Quod in duellis frustra in dubium uocare audet *Franciscus MODIVS* (††), qui ueniam meretur, cum

¶ LL. MILITARIIBVS. fuerit scriptor peregrinus. Nam & leges MILITARES apud Germanos alligatae olim ad utriusque parentis nobilitatem. Nefas enim fuerat, offendi *militem*, parente ignobili procreatum. Docet hoc diploma Frederici

(*) In *Georgii RUXNERI codice ceremoniarum rei torneamentariae* p. 15. Welcher wolt von Adel einreiten und thurniern, der nicht von seinen Eltern (patre & matre) edel gebohren und herkommen wäre, und das mit seinen vier Ahnichen nicht erweisen konnte, der mag mit Recht dieser Thurnier keinen besuchen. Et clarus p. 22. titulo Verkündigung aller Thurniers-Freyheit. Vbi in medio articuli uerba: und ob ein Thurniers-Genoss eines Bürgers Tochter oder eine Bäurin zu einer Ehelichen Wittgenossen nehme: der mag mit Recht, dieweil er lebt, den Thurnier nicht gebrauchen. auch derselben Kinder NB. von der wieder einer gebohren und ihre Kindes-Kinder bis ins dritte Geschlecht. Quod si ergo marito nobili ob uxorem plebeiam mores Germaniae notam inurunt: multo minus plebeia, mariti causa, adpellabitur habebiturque nobilis. Idem repetunt in numeri alii in iis que *CRYSIVS* an-

nal. Sueu. part. 2. lib. IV. cap. 1.

(**) Idem repetitur apud *Francisc. MODIVM in pandect. triumphal. tom. 2. lib. 1. cap. 12.* his uerbis: *Quisquis recentioris est notae nobilis & non talis, ut a stirpe nobilitatem suam & primis quatuor saltim generis auctorum proximorum gentilitiis insignibus probare possit: is ludis hisce exesto.*

(***) *Sachs. Landr. lib. 3. art. 29.* Kein Schoppenbar Mann bedarf seine vier Ahnen (von Vater und Mutter) benennen, er spreche danu einen seiner Genossen Fempstlichen an.

(†) *Sachs. Landr. lib. 1. cap. 63.* Ein teglich Mann mag kampfes wegren dem, der nicht, als wohlgebohren ist, als er.

(††) In *Pandect. Triumphal. tom. 2. lib. 3. num. 7. §. p. 236.* ubi rem torquet retorquetque, in rationes, quam mores patrios indulgentior.

derici II. Caesaris (*), qui uiro cuidam, militiae causa, scripsit deditque nobilitatis codicillos. Quo in argumento eo sum fidentior, quo hodieque certius est, SACRAE MILITIAE EQVESTRES ORDINES, sibi religioni ducere, uirum nobilem, sed matre editum plebeia, suo collegio adscribi. Ne scilicet aliquid concedere ea in re uiderentur militiae ciuili, unde exulare solent illi, qui materna nobilitate destituuntur. Neque impedit hanc doctrinam arrogantiae crimen, a quo sacri milites abhorreere debent, paupertatis & humilitatis studiosi. Nam mores hic ius faciunt; quibus negatur plena nobilitas illis, qui matrem habent plebeiam neque uero aliis fas est, cingulum militare sumere, quam hominibus utroque nobilibus parente. Ad honestatem igitur sacrae militiae conseruandam, SIXTVS IV. papa excommunicationis fulmen in eum fibrat emittitque, qui ordini sacrorum equitum aliquem adscribat, nisi VTROQUE PARENTE (patre ac matre) de nobili genere sit procreatus (a). Et statuta ordinis IOANNITICI, in eius candidato id principio requirunt; qui in fratrem militem recipi, optabit, necesse est, ut authentica per documenta aut testes iuratos prober, se ex iis parentibus patre ac matre esse procreatum, qui nomine & gentilitiis insignibus sint nobiles (b), imo, nisi coniectura fallor, putauerim, exemplo Germanorum reliquos etiam ordines equestres, a fociis inaequalis nobilitatis abhoruisse (c). Nam iste rigor animos militum ordinis praesertim,

(6) LL. SACRAE MILITIAE EQVESTRES.

C

Ten-

(*) Superfunt codicilli apud Petr. de VINEIS lib. VI. epistolar. cap. 17. Notum facimus, quod A. de N. maiestati nostrae supplicauerit. Ve, cum uelit fieri miles & parens miles non esset, sibi exinde largiri licentiam dignaremur. Quod quanquam nostris constitutionibus caueatur: quod MILITES FIERI NEQUEANT, QUI DE GENERE MILITUM NON NASCUNTUR, ipse tamen ualeat miles decorari neque de cetero debet molestari.

(a) Bulla Sixti IV. papae an. 1483. his uerbis concepta; Ordinandus, quod deinceps in fratrem sacrae militiae nemo adsumatur, nisi de antiquo genere ex utroque parente fuerit procreatus. Inhibentes hoc magistro sub poena excommunicationis. Ac decernentes

receptionem irritam, inanem, nulliusque roboris & momenti. Hanc igitur legem cum ipse imperator confirmet sacris ordinibus: id etiam addunt, quod ne quidem locus aduersus eam sit priuilegio & dispensationi siue imperiali siue pontificali siue utriusque; nisi sacri ordinis focii & ipsimet consentiant.

(b) Tit. 17. de receptione fratrum in STATVTIS ORDINIS S. IOANNIS, quae in maiori forma edita sunt Romae an. 1586. a Sixto V. papa, cum imaginibus & figuris.

(c) Nam hanc fere legem communem esse, ut nobilis, cui mater plebeia, ab hac societate sacrae militiae arceatur cohibeaturque, ostendit Andreas MENDO Disquisitione equestr. III. quaeest. 1.

Teutonici tantopere occupavit; ut etiam regum & Germaniae principum filios legitimos ideo admittere recusent in consortium candidatorum ordinis, si mater aut ipsa ignobilis aut destituta tantum auita nobilitate. Si forte *proauia* e numero olim plebeiarum (d). Sed paulo indulgentiores ultimo hoc casu esse solent milites IOHANNITICI. Hi enim, licet pariter exigant ex quatuor lateribus sanguinis nobiles: excipiunt tamen filios principum, comitum, dominorum maioris gradus, dummodo sint ex ingenua matre (e). Causa facilis est ad intelligendum. Nam lucris spes hic regnat, quam habere licet ex imparis coniugii liberis purpuratorum. A sacra militia recto itinere deferuntur ad Germaniae EPISCOPATUS eorumque primi ordinis sacra collegia. Nam obtupestunt ipse pontifex Romanus & extraneorum regnorum antistites: quod Germaniae episcopatus sacrum collegam, *canonicum* non ferant, qui matre procreatus est ignobili. Efferuescit ad hanc consuetudinem Gregorius IX, exprobratque *Argentoratensis* episcopo & *canonicis*: quod recusent, sacro collegio adscribi uirum, a legato apostolico illis commendatum, hoc inani, ut perhibet, praetextu; *non alios fieri posse canonicos, quam nobiles ab utroque parente* (f). *Commendatum uero hoc genere natalium destitui. Obiurgat igitur eos papa habetque hanc consuetudinem pro irrationabili. Quoniam uirum non sanguis nobilitet neque ad regimen coeleste multos electos esse secundum*

7) LL. EPISCOPALIVS in Germania. cap. 17. X. de praebend.

(d) Parco nomini familiae *serenissimae* in Germania, cui anno c1o hoc 11. memini factam esse ideo litem. Quamuis enim de archiprincipe patre nulla dubitatio; quod tamen mater, filia licet regis, pro auita orta esse diceretur plebeia; ideo principibus filiis quaestio status facta. Cum sacri ordinis non sit: *leges migrare, de aliis non admittendis, quam illis, qui numerare & docere possent nobilem sanguinem omnium maiorum ad quartum usque gradum in utroque sexu.*

(e) Verba sunt STATUTORVM ORDINIS IOANNITICI tit. 8. num. 5. 6. Alios plurimos auctor: eam in rem citat HOEPING *de insignib.* cap. XI. n. 97.

(f) Meminit huius controuersiae inter papam & sacrum collegium Argentoratensis episcopatus *Franc. GULLIMANNVS in hist. episcop. Argent. cap. 62. ad an. 1350. p. 378. 379.* Et operae pretium fuerat omnino, non ita abrumperet filium, sed in causas huius instituti ampliori adparatu sollicitius indagare. Conferri autem hic possunt *Ioan. GOEDDAEVS uol. 1. Marp. cons. 28. n. 195. FRIZIVS de nobil. concl. 17. 20. BESOLDVS in thesaur. u. Whnen* eiusque supplementa, *SPRINGSFELD de ap. c. 4. n. 33. In primis uero Lud. THOMASINVS de eccles. discipl. part. 2. lib. 1. cap. 104. n. 9. 10.* ubi de obseruantia huius bullae disserit eiusque neglectu.

dum carnem nobiles & potentes (g). Iubet igitur in posterum etiam ignobiles natiuitate non excludendos esse. Verum enim uero tantum abest, ea in re Argentoratenses morem gessisse pontifici: ut potius certissimum sit, illos hodieque pristini iuris esse tenacissimos, imo uniuersam Germaniam hoc iuris canonici capitulum pridem eierauisse ab eoque abhorreere adhuc (h). Exulant enim in cathedralibus capitulis id est supremis collegiis sacris uiri nobiles illi, qui matrem habent plebeiam. Imo proauiam at auiamque ignobiles impedimento esse candidatis, quo minus inter collegii sacri adscriptitios esse possint, notum est ex numero auitarum imaginum, quem ante in tabula exhibere, delineare & per idoneos testes aut documenta hodieque probare tenentur (i). Cuius instituti alia non est ratio, quam haec, quod Germanorum uxores per maritos nobiles nec quicquam nobilitentur, ut adeo liberis inde procreatis minus tantum plena dari soleat nobilitas, parum sufficiens ad supremi collegii canonicatum. Quod cum ita sit frustra sunt, qui aduersus haec instituta euomere solent uirus &

C 2

ger-

(g) Conseruauit hanc bullam codex decretalium in cap. 37. X. de praebend. De qua etiam sigillatim HOEPING de insign. cap. XI. num. 107. 108. p. 740.

(h) Licet enim in aliis etiam regnis quidam praefulatus id habeant, ut non nisi nobiles ferant collegas ex utroque parente & maioribus utriusque sexus, exemplo Belgii, de quo CHRISTINAEVUS in iurisprud. heroica tom. I. p. 157. §. 10. p. 134. §. 10. atque Galliae, de quo ALTESEERRA lib. 2. de ducib. prouinc. cap. 8. pag. 164. 165. CHOPPINS de sacra polis. c. 9. p. 64. THOMASSINSVS de discipl. eccles. part. 2. lib. 1. c. 104. p. 310. 311. seq. imo etiam Poloniae, de quo NIC. ZALASZOVSKY lib. 1. iur. Pol. tit. 43. in Germania tamen iuris est ordinarii, quod alibi habetur inter priuilegia. Neque enim memini ullius maioris praefulatus, cui praecesse possit ille, cui uel mater uel auia uel proauia ignobilis. Potius omnes, maculati sanguinis

tegumento, non tam in gratiam ecclesiarum, quam regendae prouinciae & suscipiendae superioritatis territorialis, qua instructi esse solent Germaniae episcopi, generalis instituti rigore arcantur & auerruncantur.

(i) Non enim nobilitas sufficit generationis unius; uerum in plerisque episcopatibus desiderantur utriusque sexus maiores nobiles omnes, serie non interrupta nunc octo, nunc sedecim, quandoque triginta duo. Schemata oculis inuentium sistunt Pont. HEYTERVS lib. VI. rer. Burg. principio, CHRISTINAEVUS in iurisprud. heroica tom. I. p. 160. seq. HOEPING cap. XI. de insignib. n. 92. 93. seq. p. 737. Licet autem non solum numeri, sed etiam computandi ratio uariet; est tamen in Germaniae oris solemnissimum, ut quarta sufficiat generatio eaque paterna maternaque in serie continua neque ullius aliqua labe contaminata idque ordine in tabulis conspicua.

geras pueriles (k). Potuit enim hoc dare uerustas sacrorum antistitum *superioritati* in Germania, ne scilicet principes aliunde fumerentur, quam ex *nobilitate*, quae, censu Germanorum, sine *maternae profapiae parili dignitate* est manca, mutila, hiulca (l). Imo aliam causam suggerit Lud. THOMASSINVS (m), quam meis illustro commentis. Scilicet olim ad episcopos, sacros collegas, antistites plerumque adlecti sunt *serui*. Vnde plurima ecclesiae mala. Sordes, auaritia, insolentia, supercilium, despectus, fidissimi comites hominum ex plebe & fece. Imo ideo in mores iuit, ut munus episcopi indignum haberetur homine nobili & ingenuo. Hanc igitur labem felicibus abstergere non potuerunt ecclesiarum patroni, quam non solum uiam ad illas claudendo plebeis, sed ne quidem admittendo alios, quam ex plena, id est, per quatuor stemmata probata nobilitate, Cuius instituti retinentiores fuere Germani, quorum iure *maritus* neque *nobilitas uxorem* neque inaequalis connubii liberi habere creduntur pleenam ac genuinam nobilitatem. Quae nouitas instituti ne quem offendere posset, ad conciliandam *canonicorum* collegiis honestatem delendamque memoriam seruilem, ipse imperator suum dare nomen uoluit quibusdam Germaniae capitulis, Qui hodieque post inaugurationem imperialem creati solet CANONICVS Aquisgranensis, Argentoran-

(k) Huius furturis sunt illa paradoxa; *annuum piscatoris apostoli non fuisse aureum; diuistaque Petro uiam non patere ad canonicatum*. Porro olim nobiles *animos* requisitos esse ad sacra collegia, nunc sanguinem requiri nobilem, licet uerorem & inspidum. Imo postquam etiam *matris urgeatur nobilitas*, anum, posterioribus uicinam nobilem facere & quae scurrillum uerborum sunt generis eiusdem. De quibus Alber. GENTILIS *de nupt. lib. 4. c. 13.*

(l) Adde, si lubet, DRAGONEM *lib. 3. de orig. patrii. cap. 7.* GRYPHI ANDRYM *de Weicbild. cap. 46.* BECHT IVM *de securit. conclus. 225.* STEPHAN. *de nobil. lib. 1. cap. 3.* NOLDEN *de nobilit. cap. 6.*

(m) Locus admodum est illustris & prorsus singularis *de disciplina eccles. part. 2. lib. 1. c.*

74. §. 4, & cap. 104. uniuerso. Conferri ergo hic possunt sacra collegia cum tributitia societate artium sellulariarum. Nam uti omnes manuariae artes olim fuerant penes seruos idque tam apud Germanos, quam Romanos: sic illae fieri aliter non potuerunt honestae & maculae liberatae, quam imperiali interdicto; ne in *prosterum alii fas esset, artem profiteri & exercere manuariam, quam homini ingenuo, exclusis ab horum artificum consortio seruis aut aliquo maculae genere alio notatis hominibus*. Imo quod magis est, ingenuitatem ab utroque parente requirunt. Arcent enim ab artificum horum consortio illum, qui *matre editus est libera, meretricia, sordidae originis, edita tonsore, carnifice, balneatore, hominibusque aliis sortis eiusdem,*

tensis & alibi (*). Adeo uero in mores iuerat; ex *inaequali* matrimonio plenam liberis non esse nobilitatem, ut vulgi sermone iudicioque dictum: *partus sequitur deteriozem conditionem*, das Kind gehöret zur ärgern Hand (n). Id est, nobilem uirum cum uxore *plebeia* non procreare *nobilem* filium, sed *ignobilem* & fortis *plebeiae*. Et baronem tali connubio liberos DEBARONISSARE (o). Ille enim tantum *illustris* qui *aequam* habet *profapiam* id est *utriusque* parentis nobilitatem, non tantum alterutrius (p). Neque alia causa eius generis connubia uerbo inferioris aeu adpellata sunt DISPARAGIA aut *disparagata* (q), in uernacula *Wißheurathen*: (r) quam hac, quod maritus uxorem nobi-

8) GERMANICI IURIS AXIOMATIBUS & PROVERBIIIS.

C 3

litare

(*) Liceat sensu meo hic abundare, ut plures causae sint, quare cuique *canonico* opus sit plena utriusque parentis, nobilitate. De *canonicatu* Caesaris legi possunt Schilter & alii iuris publici consulti.

(n) Quod laudatum est superius explicaturque ab HERTIO in *paroenia iuris VI. §. 2.* quamuis brachio leuiori. Quia militat in castris aduersis.

(o) Locus ualde momentosus, quem diu habueram in miscellaneis. Ita enim Petr. de ANDLO lib. 2. cap. 12. p. 91. *Est Alamannis in ueteratus* (unde patet huius iuris patrii uetustas, declarata adhuc) & longe retro obseruata consuetudo, non magna, quantum coniecere possum, ratione (glaucomate oculis obducto iuris Romani) *suffulta*, ut BARO copulando sibi *militaris* & INFERIORIS GENERIS coniugem, *prolem suam, inde creatam, degeneret atque DEBARONIZET* (multo igitur magis hoc de principe uerum, marito plebeiae) *filiique de cetero barones minime uocentur*. COMITES uero per *connubium cum simplicis militaris generis foemina* (puta uirgine nobili) *natos non DECOMITANT. Sed, si eorum filii iterum in militarium genus nubant, extunc illorum demum proles DECOMITATVR* militariumque generis *ordini princeps connumeratur*. Quae profecto *obsentia haud satis honesta* (iudicio iuriconsulti

in patria peregrini) *esse uidetur*. MIROFERHERVM hic titubare & in meridie quaerere lucem.

(p) Ita Ivo *Carnutenfis epist. 5.* Quem hac ratione illustrauit doctissimus illius interpres, IVRETVS. Cuius loci me admonuit GONZALEZ ad cap. 37. X. de praebend. n. 3. Vnde colligo mecum: *profapiam aequalem* liberos fuisse plenae nobilitatis ex utroque parente nobili pronatos. Alios uero ex matrimonio impari habuisse *profapiam inaequalem*, rancidam, mancam, laborantem defectu & morbo, cui uerbo uox *inaequalitas* respondet sensu quidem aeu inferioris. Vnde requiritur a uidua, ut nubat *coaequali* quod habetur in ALEMANN. lege LV. §. 1. Quod magis est, usu patrii iuris nota quoque SEMIPLENA NOBILITAS, die *Salbedel oder balfedel seyn*. Quorum mentio facta ab Anton. MATTHAEI de nobilitate lib. I c. 3.

(q) *Paragare* usu medii aeu est cum persona *aequalis sortis* matrimonium inire; contra *disparagare* idem, quam *inaequali* coniungi. Vltimum ne fieret, omni modo ac lege cautum; Neque in *Germania & Francia* solum; uerum etiam *Anglia & Scotia*. Vnde uerba *paragare* atque *disparagare* explicant EDW. COXVS ad Littleton. LL. Brit. sect. 107. BRACTONVS lib. 2. c. 38. & insigni adparatu du FRESNE ad Ioinuillam dissert. 10. deinde in glossario hh. uu.

(r) *Wiß* in uernacula idem, quam *degener*, uti

9) Institutis
FEVDALIBVS.
2. F. 26.
atque 29.

litare nequiuit adeoque plurimis matrimonialis iuris effectibus huius fortis nuptiae destituerentur. Neque enim *connubium impar* dici potuisset *disparagatum*, *illegitimum*, *improbum*, *malum*, si uxor plebeia gauisa fuisset *nobilis* mariti dignitate. Progredior ad *INSTITUTA FEVDORVM*. Haec cum auctores habeant Longobardos, populum Germanum, fieri aliter non potuit, quam ut pariter improbant *connubium inaequale* liberisque mouerent quaestionem status, quod illis macula adhaereret *plebeii* sanguinis, nec quicquam solius patris dignitate expurgati. Licet enim decreti Longobardici uerba nihil habere uideantur, quam hoc; *quod nobilis uasallus, ducat ignobilem foeminam ea lege, ut nec ipsa nec filii eius patris heredes neque successores in feudo* adeoque haec destitutio non *iuri* debeatur; sed *pactis* ad *MORGANATICAM*; sunt tamen in eo iudicio certissima argumenta, quod mores clientelares nobilis uasalli liberos exclusos uelint, si quidem progeniti essent *ex matre ignobili* (a). *Principio* enim uasalli milites sunt nobiles, ast prohibent leges *ex impari* conuubio genitos, ne intersint militiae equestri, ergo multo minus clientelari: *deinde* dicuntur ideo uasalli *pares*, ut excludantur dignitate impares: *post* nobilis, iure duellum negat ei, qui *ex ignobilitantum* editus matre quod nefas factu si conuasallus, si commilito; *tum*, quod fere idem, negatur ei quoque consortium in ludis torneamentariis. Id quod omneditum est probatumque superius (*). Suadent igitur rationes & iura, ut decretum 2. F. 29. ita accipiamus: *ex ignobili matre editos liberos a feudi successione ipsi iure excludi*. Licet pacta uel aliter uel plane nulla sint concepta. Praeterea hoc ipsius decreti uult contextus. *Principio* enim dicitur *lege ignobilis matris* excludi liberos: *deinde* sigillatim id fieri *lege salica* id est Germanica, *Francica lex* uero *pactis* opponitur. *Post* licet, legitimis liberis non extantibus in alodio

uti *Wifgeburch*, *Wifwachs*, imo factum *illicitum* & legibus prohibitum *Wifsethat*, *Wifhandlung*. Vnde Gallorum *mesalliance* nuptiae *iniustae*, more aut lege *prohibitae*.

(a) Noua forte 2 F. cap. 29. explicatio. Sed nouitas non obest ueritati tot rationum ac le-

gum momentis instructae ac circumseptae, ut ei omnino, aduersus decreta ueterum, locus sit faciendus.

(*) Differentia II. lit. P. p. 10. & quae sequuntur.

odio succedat matris ignobilis progenies, id tamen fieri non posse in *feudis*, uult decretum, certo indicio, licet subsidiariam non denegent successionem pacta, negare tamen eandem *leges*. Et qui uerum sit eius generis liberos, succedere nihilominus usu *Mediolanensib*, quam ideo, quod feuda non sunt *nobilia*, sed *uulgaria ciuici* fortis. Quod cum ita sit: illud egomet fidenter adfirmo: *matrimonia ad morganicam LEGIS esse, si uxor ignobilis, non autem PACTI*, quod adhuc dictum creditumque a Germaniae iureconsultis. Apud quos etiam illud falsum est, quod decretum *2. F. 26. §. filii*, concipiendum sit negatiue proptereaue corrigendum (†). Me enim iudice id uult: *Filii per pacta exclusi a successione ab intestato, nihilominus succedunt in feudo, nisi matrimonium sit disparatum*, ubi iure ipso excluduntur. Nam per ueterum instituta clientelaria tantopere cautum fuerat, ne uasallorum matrimonia libera essent: ut potius opus *domini directi* consensu, nisi uellet feudi possessione cliens & successione filii illius destitui. Cuius iuris ea praecipue causa, ne uasallus duceret *ignobilem, plebeiam, sordidam, inaequalem, extra ordinem*, quae matrimonia uerbo signarunt peculiari FORISMARITAGIVM (a). Neque ultimum fieri poterat in *feudis regalibus*, Germaniae praesertim, ubi ordinem etiam prouincialium intererat, ne *dominus prouinciae* familiam pollueret sanguinis inaequalitate (b). Taceo *morgantica* uas-

NOUO 2. F. 26. & 29. explicatio.

(†) Quam haereat aqua omnibus in hoc decreto, illud docere potest commentarius BITSCHII ad 2 F. 26. §. filii nati p. 454. Viti enim scribarum putant omissam esse particulam *nec*, quae uerbis, in *feuda* non succedunt, sit inferenda. Ita GLOSSAE autor & supparet *Ifernina*, *Aluarottus* ac princeps iste iureconsultorum *Cuiacius* ROSENTHALL cap. 7. concl. 16. *litt. K.* posse se tueri pristinam lectionem, perhibet: sed non nisi timide ac diffidenter. Verum nostra ratio tollere uidetur omnem ambiguitatem. Cum nihil habeat decretum, quod certum non sit per rationes, *leges* ac *mores* alios iuris clientelaris.

sensu in nuptiis uasallorum, tum de *forismaritagio* egerunt ALTEERRA de ducibus lib. 3. cap. 1. quod est de iure in *connubia* & maiori adparatu du FRESNE in uocabulo *forismaritagium*. Quamuis enim ultimus praecipue de *seruis* agat, ne illi ducerent *ancillas* domini alius, sed manerent inter foeminas contubernales: idem tamen de *seruis clientelariis*, id est, militibus uasallis iuris fuisse, ne & illi uxores quaerent extra prouinciam, sed matrimonia eorundem subsisterent inter filias comilitonum, illud quidem tam certum est, quam certissimum.

(a) Plenius cum de necessario *domini* con-

(b) Neque sine causa. Quam enim foret indi-

10) PRAE-
IVDICIIS
S. R. I. tri-
bunalium.

fallorum connubia pactis opus habuisse intuitu tantum *allodii*, quoniam iure ordinario bonorum inter coniuges communio (c). Non autem *feudorum* ergo. Vbi & *domini* & subditorum interfuit, ut mariti uasalli ex plebeia procreati liberi a feudi successione excluderentur. Neque aliter vsus imperii FORENSIS. Licet enim ea de re propterea rarius fuerit litigatum, partim, quod hoc casu maritus cum uxore plebeia uel ad morgenicam contraxit uel obtinuit ab imperatore nobilitatem codicillarem: testantur tamen loca cum apud Franc. Frid. ab ANDLER (d), tum apud WEFEN-

BA-

indignum prouincia & eius ordinibus: *principem*, ex matre *plebeia procreatum* excludi a consortio uirorum plenae nobilitatis in *comitiis*; in *curiis*; in equestribus *ludis*; in praesulatus & sacris *collegiis* seu canonicatibus; in equestribus *ordinibus* sacris Mariae & Ioannis; inter militares & nobiles cohortes: sed hos omnes euentus, quam tristes etiam, turpes & indigni, ex connubio inaequali prosequi & instar corruptae & infectae radices, repullulare, hoc quidem est, quod dictum probatumque superius. Aeta huc faciunt Ferdinandi Aultriaci cum Velfera patritia, cui impari connubio se opposuere ordines prouinciales, quod docet PICCARTVS Dec. 9. obsf. 1.

(c) Scilicet Germanico iure ordinario nullum matrimonium nisi uerum & quod Romani dixerunt *confarreatum*, ubi bonorum omnium inter coniuges communio. Sed excipienda inaequalia. Tum enim uxor *plebeia* cum liberis excluditur a successione per *leges in feudis*: in *allodiis* per *pacta*. Aut, si mauis etiam in his, per *leges*, si bona sint auita. Ut adeo *imparem uxorem* acquiescere oporteat donatione aut *gaba* mariti, id est, adsignatione certae portionis sibi facta. Cum uero *dona mariti*, moribus Germanorum, *mane* plerumque fierent sine quod darent post concubitum compensationem perditae uirginitatis sine quod iudicia, *pacta* & *leges* apud Germanos ab

horis *matutinis* adpellarentur, unde uox *Morgensprache* statuta audiunt Colonensia, Hamburgensia, Bremensia, ciuitatum aliarum. Propterea que etiam huic forte matrimonio nomen mansit *morgenicati*, id est, einer *Heuraths Gab*, quod non deberetur, nisi ex mariti solius beneuolentia, dono, munere. Ut adeo nomen mereretur non *legitimum*, sed *pactitium* & *donatarium* i. e. eine *Gab-Heurath*. MORGENGABICVM & morgenicaticum enim non speciatim denotat matrimonium inaequale: sed *uniuersim donationem mariti etiam uxori factam aequali*. Ita in pactis dotalibus AVSTRIAE ducis & foeminae principis Subaudiae an. 1310. uerbum hoc adhibetur: *Praeterea saepe dictae Catharinae morgenicaticum assignare debemus (als Handgelder, Spillgelder) de quo morgenicatico disponere poterit & ordinare*. Chartam habet GUYCHENON en *preuies de P bissoire de Sauoye* p. 158. 159. Hoc lumine illustrandi sunt BESOLDVS uerbo *Morgengab*, SALMUTH p. 163. MYLER in *gamologia* cap. VI. de *mat. ad morgenicaticam* ex instituto.

(d) *Lib. 2. iurisprudentiae* cap. 26. n. 119. 120. Vbi praeterea *leges* forte ex ingenio finxit aut exscripsit temere ab aliis effictas, dum ait: *Pharamundi lex* an. 422. *suit haec*. Ein *Frankischer Edelmann*, so eine *Unedle freyet*, wird auch vor *unedel* gehalten. Wird er aber eine *Dienstmagd* zur *Ehe* nehmen, so *er* *aber* *adelichen*

CHIVM (e) atque illustrem LVDOLPHVM (**), unde intelligitur, quod supremum TRIBVNAL sententias tulerit, nostris adsertis concinnas ad cohibendas nuptias inaequales. Nam in eius generis lite, num. CAMERA IMPERIALIS fundatam habeat iurisdictionem, ego quidem dubito (f). Deuenimus nunc ad *exempla* illarum FAMILIARVM, II) EX-EMPLIS quae uxores imparis fortis a dignitate mariti uoluerunt exclusas. Licet enim exempla in se ius non faciant atque multa eorumdem magis ad ius *partitium*, quam leges pertinere uideantur: placet tamen illis hic locum facere ideo: partim, quod esse possint instar interpretationis *usualis*; partim, quod inde filum consecutionis ad docendam *consuetudinem*; partim, quod difficile sit ad credendum, principes maritus destitutum uoluisse uxorem plebeiam eiusque liberos dignitate & iure principali, nisi intellexissent patriae legis rigorem. Quam obseruare firmareque pactis maluerunt, quam rem aleae & ambiguitati committere. Eamus per familias potissimas, eo ordine, qui nobis nascitur in manibus. In BOIOARIA ducibus casus tristis & mo- In principibus BOIOARIAE mentosus. Nam pater Ernestus filii sui *Alberti sponsam Agnetam*, quod *plebeia* esset, chirurgi filia, ultimo capitis supplicio suffocauit,

D

lichen Freyheit entsetzet seyn. *Quam legem Carolus M. an. 802. stabiliiuit* & quae sequuntur.

(e) In libro de *consilio aulico cap. 10. sect. 1. p. 84. 85.* ubi anno 1609. RVDOLPHVS II. imperator comitem de ISENBURG, quod matre rustica fuerit oriundus, prohibuit, ne *comitis* uerbo tituloq; porro uteretur. Rescripti summa est haec: *Rudolph 2c. Aus dem Veyrschluss hast du zu ersehen, was bey uns die Wetterauische Correspondenz-Graven wider dich des angemachten Graventitels in Untertänigkeit geklagt und gebeten. Wenn dann bergleichen dich zu unterfangen keines weges gebühret: so befehlen wir dir hiemit ernstlich, bey Vermeldung unserer Ungnad und Straffe, daß du dich hinführo des Graventitels enthaltest. Geben zu Prag den 9. Nov. 1609.* Verum quin lis haec fuerit plene decisa, in causa fuit

cum bellam Bohemicum, tum mors incusati praematura.

(**) In libro doctissimo pleneaque frugis *de iure foeminar. Sect. 1. §. 10. p. 25. 26.*

(f) Causae ad dubitandum plures, quarum tamen aliquae specie magis inanium, quam re ipsa ualidae habentur. Nam licet res *matrimoniales* a camera*li* iurisdictione uulgo eximantur, fit tamen hoc iuris diuini ergo, cuius tractatio est penes sacros antistites. Verum in matrimonio *dignitatem* uxoris & liberorum aestimare, illud quidem *civile* est adeoque iurisdictionis camerae obiectum. Obstat tamen *Camerae* aliud, quo minus de imparitate, connubii possit sententiam ferre. Quoniam agitur hic de iuribus *Caesaris*, domini directi; *subditorum*, qui filios inaequales imperio habent indignos; *agnatorum*, qui litem mouent successione; imo confortio quodam curiali in principatu: quae omnia potius in curia *Caesaris* tractanda, quam in ciuili tribunali.

an. 1436.
Bernauerin.

PALATINIS
an. 1462.
Tettingen
Loewenstein.

ne sanguis familiae Boicae contaminaretur (g). Quam historiam id eo extollere solent scriptores Boici, quoniam hac poena cum principes sint deterriti, ne imparem aut *plebeiam* ducerent, tunc insipidae mulierculae, ne nubere cogitarent principibus Boiis. Inde forsitan FRIDERICVS *uictoriosus*, princeps elector PALATINVS, cum imparis fortis uxorem, nobilem uirginem Claram a TETTINGEN, ducere uellet: facile desperauit de filiorum successione in principatum. Contraxit ergo ad *morganaticam* liberisque quasdam tantum assignauit praefecturas, deinceps ab electore palatino commutatas cum arce *Loewenstein* (h). Unde noua familia C. de LOEWENSTEIN originem & natales uenit ac retinet hodieque nec cum Palatini sanguinis iure aliquid habet commune. Neque altiores spiritus concepit ex BOICA familia Fer-

di-

(g) Improbatur quidem factum TRITHEMIUS in *chron. ad b. a.* quod multi nobilissimi reges ex humiliori ciuium genere uxores sibi delegissent sine sanguinis, quod patrem sequeretur in dignitate, macula & infectione. Sed ADLZREITERI iureconsulti & administri status iudicium iuris publici prudentiae studio est subactum. Quod prodit *annal. Boioar. part. 2. lib. 7. §. 80.* ad an. 1436. p. 164. his quidem uerbis, quae cum nostrum argumentum propius tangant, hic placet exscribere: ERNESTVS Boioariae dux exemplum edidit, posteritati memorandum. Albertus eius filius mulierculam, Agnetem Bernauerin nomine deperibat, patre chirurgus Augustano sola forma commendabilem. Passim iactabatur ignobili mulieri confuiscere & eam ad thorum destinare. Reipsa iam illi arcem donauerat. Non dissimulauerat pater iras, ne tam foedo ignobilique consortio animi genusque suum inquinaret. Anno 1434. Ratisponae cum ludis quiescentes haberentur (qui principem admonere poterant poenae in conubii imparitatem statutae) uerbis castigauit & uerberibus. Frustra. Eo processerat muliercula, ut se ducis coniugem profiteretur. Pater iubeet Straubingae comiti in uincula. Illa proteruius ausa respondere, aquis addicitur & de

ponte praecipitur in Danubium. Id, ubi resecuit Albertus uersus in furor. Post ad mentem reuersus irauit, se necem Agnetis uindicaturum. Tandem impetrauit, ut expiandis amatae manibus facellum, in quo ipsa sepulta est Straubingae extrueretur, addito perpetuo sacerdotio. Visa Ernesti patris animaduersio durior. Sed quidam suae familiae causam uindictarum. Si omnes id principes fecissent, non irrepissent in optimas familias tot labe & spuria uitulamina. Nuptiae cum iniuria familiae contractae cum toto caelo impari. Haec in gratiam Trithemii. Graue est exemplum Clotharii apud Aemilium & Guagninum, qui filii contumaciam igne est ultus. Et seueritas laudanda Hermanni Ciliae in Carinthia comitis, qui teste Syluio Veronicam filii pellicem in profluentem abiecit. Ernesto hanc debet gratiam domus Boica, quod nobilissimum genus, nullo contaminatum sequioris AFFINITATIS alioque natalium naeui, ducat serie non uelusta magis, quam incorrupta. Vinam medium tenuisset scriptor inter nimium & parum.

(h) Licet enim plerique historici rem ita narrent, quasi Friderici I. electoris palatini, an. 1476. demortui ex Tettinga inaequali procreatus filius Ludguicus, se aliter non adpellauerit

dinandus filius ducis Boioariae Wilhelmi. Cum enim an. 1588. *Mariam*,
Georgii PETTENBECK, quaestoris sui filiam ducere uellet, patrii iuris
memor, uoluit, ut uxor plebeia non solum abstineret a schemate ac no-
mine principali; sed etiam liberi inde procreati conditionem sequerentur
in finae tantum nobilitatis. Quibus ad uictum & cultum adsignauit
Wartenberg (i) arcem, a quo posteri quoque sunt denominati domini
de *Wartenberg*, quibus demum comitum dedit codicillos imperator.
Pergo ad gentem SAXONICAM Supra (k) illius iam exemplum
habuimus: quod an. 1277. *Henricus*, Misniae marchio sibi iunxerit
foeminam inaequalem, cuius ideo maculam codicillo absterfit repur-
gauitque imperator *Rudolfus* an. 1278. Quod hic omnino repeten-
dum. Patris exemplum sequitur filius *Albertus degener*, qui prima u-

BOICIS AN.
1588. Pet-
tenbeck.

SAXONICIS
ann 1278.

von Maltis,

D 2

xore

uerit, quam dominum de *Loewenstein*: rei tamen ueritatem mihi aperit *chronicon Manuscriptum* palatinum. Quod eam historiam ita narrat. Scilicet adfectauisse hunc principem filium nomen paternum *comitis palatini*; sed contraxisse agnatos omnes & praecipue successorem in electoratu *Ludouicum placidum*, propterea, quoniam in mores iuerit domus praefertim Palatinae: ne liberi ex impari matrimonio procreati uerbo adpellarentur PALATINI. Igitur aliquam in successione spem eadem reliquam multo minus fore, quamuis PRINCEPS ELECTORALIS (der Churprinz) a *Friderico barbato*, tutore suo non fuisset adoptatus. Cum certi iuris sit, per adoptiuos non excludi filios naturales. Der aus ungleicher Ehe gezeugte Sohn Churfürst Friedrichs sollte sich nicht Pfaltzgraw nennen. Dann er ungleicher Geburth & quae sequuntur deinceps. Hoc lumen adfundi debet scriptoribus illis, qui hoc exemplo in nostri iuris argumento utuntur, BESOLDO de success. reg. dissert. 9. cap. 1. n. 11. SALMUTH de matrimonio principis cum nobili p. 80. KNIPSHILD de fidei com. cap. 8. s. 7. p. 403. MYLERO in Gamolog. cap. 6. s. 12. p. 167.

(i) Domestici Boioariae historici hic ferunt, ut inaequalis prosapia ducis Ferdinan-

di Wartenbergica obliteretur. Quod ideo mirum, quoniam liberi ex PETTENBECKIA post uirtute meruerant, ut ab imperatore ad comitum de *Warrenberg* dignitatem eueherentur. Licet uero id plurimis testatum sit in iisque MYLERO *Gamol. cap. 6. s. 13.* quod *Pettenbeckiana* posteritati subsidiaria successio conseruata in Boiariae ducatum, familia ducali extincta: casu tamen sic ferente, res fuisse ualde ambigua cum domini directi imperatoris, tum agnatorum ergo in domo Palatina. Taceo ordines Boioariae eorumque dignitatem, hic omnino concutiendam. Ceterum ita loquitur CODEX MEUS MSCVS: Ferdinand ist geböhren zu Landshut 1550. den 29. Febr. um 6. Uhr nachmittage. Ist getaufft vom Bischoff von Passau, etnem Er. von Solms. Hat seines Neuschreibers Görg Peterbeckens Tochter Maria zur Ehe genommen. Hat Kinder bey ihr, die aber ohne Land und Leut.

(k) In *Differentia I. litt. c. p. 7. 8.* Quod exemplum quoniam subsequenti est coaetuum tangantque utraque cum domum eandem, patrem & filium, tum eundem imperatorem, co maioris fieri nobis debet in hoc argumento: quod maritus neque uxorem nobilitate neque liberos, sed utrisque sit opus nobilitate codicillari.

Bon Eisen-
berg anno
1270.

Bon
Brand-
stein
anno 1436.

xore depulsa mortuaque, alteram duxit infimae sortis foeminam *Cunigundam Eisenberg* circa annum 1270. olim pellicem, Cuius etiam filium *Apitium*, insecuto matrimonio legitimum, uoluit & principem & principatus successorem. Verum enimvero contradixerunt consilio *ordines prouinciae*, indignum rati, illius imperio subesse, quem *mater* edidisset sortis inferioris. Ipse intellexit hoc pater qui petiit a Rudolfo Caesare obtinuitque nouae dignitatis codicillos, schemata insigniaque (1). Licet uero *Apitius* mortuus fuerit an. 1300. coelebs: satisfacit tamen exemplum nostro argumento, quod moribus etiam Saxoniae principum maritus neque uxorem nobilitet neque liberis paret iura succedendi. Etiam *Wilhelmi SAXONIAE* duc, uxor *Catharina* de BRANDSTEIN consecuta est *principales codicillos* ab imperatore circa an. 1436 (**). Ceterum quid eius rei nostro ac superiori aeuo multoties factum aut peccatum sit in Saxonica domo (m): illud scribere omitto. Sunt profecto in hoc culpae genere quidam Saxonici iureconsulti & theologi, qui consilia, ad sensus & auram principum suorum scripta, his Romani iuris glaucomatibus inuoluunt, quod matrimonia libera esse debeant sitque in principis mariti solius arbitratu, si genio suo indulgere uelit, ducendo foeminam *plebeiam*, quae per nuptias principis nanciscatur dignitatem. Parco nominibus eorum, qui in nuperrimis actis in hac causa mihi innotuerunt. Pudeat eos uel fardium uel patrii iuris ignorantiae. In BRVN-

SUI-

(1) Sive *Katharina*, ut alii habent sive *XVINGUNDA* nomen huic uxori *Alberti* degeneris, nostra parum interest. Cognomentum illi dant *Ißenberg*. Caue illud cum illustri familia commisceas atque erres in homonymia. Nam *Ioan. GARZON lib. 1. rer. Sax. p. 26.* adpellat *uilißimum scortum*. Vix igitur ausus fuero, eam salutare sensu iuris *nobile scortum* cum Saxonis scriptoribus aliis. Quicquid sit: ab imperatore *Albertum codicillos nobilitatis consecutum esse pro LVDOVICO APITIO filio ex foemina plebeia aus sortis uilioris, imo addita a Caesare insignia LEONIS uarii gestantis capite galeam*, narrat *FABRICIVS in orig. Saxon. lib. 6. p. 594.* Quare autem nihilo-

minus ab *Apitio* abhorruerint Thuringiae ordines frustra causam requisueris. Cum omnia facta sint in turbis. Neque enim scelere uacant filii *Alberti*, Qui in patrem iniurii fuerunt multifariam. Sed fortuna, quam filii amicam habuere, glaucoma facere solet scriptoribus, ut adeo lateant huius certe dissidii arcana.

(**) Licet *Brandsteinis* uetustissima nobilitas, de qua *Mich. PHARETRATVS de Brandsteinis* ex instituto edit. 1622. 4t. Codicillorum meminere *MVLLERVS in annalib. Sax. ad an. 1463.* atque *LVDOLPHVS de iure foem. sect. 1. §. 10.*

(m) Euoluat eo sine, cuius interest, Saxoni-

ca8

SVICENSI domo pariter quaestio haec ; de successione principum ex matre inaequali, fuit agitata. Nam an. 1528. OTTO dux lineae Harburgensis fidem dedit connubialem Mechtildi de Campen : cuius filio Ottoni iuniori ideo status controuersia est mota successioque negata matris causa, quae infimae nobilitatis (n). Sed in huius tamen fauorem cameram imperii decidisse filiisque in principatu locum factum, id quidem habent annales (o). Paeterea cum *Wilhelmi* ducis septem filii circa an. 1600. ita conuenissent, ut unus tantum modo matrimonium iniret, ceteri uiuerent in coelibatu (p). *Fridericus* quidem, aduersus hoc pactum, silentiarii sui filiam uxorem duxit : cuius tamen liberi etiam ob matrimonii imparitatem exclusi sunt ab honoribus & successione in principatu, acquieueruntque titulo nobilium de LUNENBURG (q). Quamuis etiam RVDOLFFVS AVGVSTVS dexteram dedisset *Rosinae Elisabethae MENTIN*, chirurgi filiae (r) ; retinuit

BRVNSVI-
CENSIBVS
an. 1528.
Von Campen.

ec. an. 1600.
von Lüneburg.

anno 1681 ;

Wenthin.

D 3

nih-

cae domus genealogias in iisque ramos numeret *Weissenfels, Coburg, Meinungen*, cetera.

(n) MEIBOMIVS *part. 2. chron. Brunswic. p. 443.* Weil Herzog Otto Lust zur Ruhe hatte, trat er vom Regiment ab, und verließ sie freywillig seinem Bruder H. Ernsten, zog auf das Schloß Harburg und hielt daselbst Hof. Sein ehelich Gemahlin war Mechtild von Campen, alten adelichen Geschlechts Lünenburg. De familia de Campen consule *annales Corbeiensis p. 306. 314.*

(o) Ita WINCKELMANN in *hist. Brunswic. p. 138.* Otto der jüngere geboren 1528. Die andere Herzoge machten ihm seinen Antheil Landes freitig. Weil er von seiner Fürstin geböhren. Allein die Käyserliche Cammer hat ihn, als einen rechtmäßigen Fürsten erkläret.

(p) Quod narrat WINCKELMANN in *hist. Brunswic. p. 166.* Die Herrn Bruder Herzogs *Wilhelms* Ebhne haben sich durchs Loos mit einander verglichen ; daß nur einer unter ihnen heurathen, die andern ledig bleiben sollten. Welches Glück dann den jüngsten ohne einen *H. Georgen* getroffen. Der unter sie-

ben Brüdern sich auch an. 1617. vermählet, und der Zellischen Linie *Stam-Watter* worden.

(q) De *Augusto* fratre *Wilhelmi* hoc narrat *SALMVTH p. 80. 81.* Sed hunc promissi coelibatus memorem in eodem obiisse, scribunt. Ad quam uiam reducendi quoque *MYLER cap. 6. gamolog. §. 12 p. 167.* & , qui hunc exscripsit, *FELTMANNVS de impar. matrimon. cap. 1.* qui pariter a primo sunt decepti. Verba illius sunt : Hatte Herzog *Augustus* zur Ehe eines Secretarii Tochter mit deren er Kinder gezeuget. Darunter ein Sohn *Junker Ernst* von Lünenburg noch im Leben und adelichen Stand führet. Und werden diese Kinder von den *Nazeburgischen* Stifts-Gesellen versehen. Dabey des Landes Regierung sich nicht unterfangen dürfen. Ceterum emortuae familiae de *Lunenburg* familiam descripsit *BVTNER* in *Lüneburg. Geschlechtern tab. XX.*

(r) Sermone habeo aliorum, quod rerum administri principi sponso auctores fuerint, ut imparis sortis sponsae daret nonnisi *finisram* in consecratione sacerdotis. Verum gegessisse principem, Ablit ut fides haec mea sit *finisra.*

Verz

nihilominus doctissimum principem **REX SALICA**, ne tenerrimum amorem eo proferret usque, ut uxor radii coruscaret principis mariti, sed subsisteret in infimi gradus nobilitate. Promouemus iter ad **AUSTRIACAM**, uere uniuersi orbis principem. Cuius uirtus cum alias, tum etiam in hac lege **SALICA** aliis rerum dominis in exemplum potest proponi, quod imitentur. Duxerat *Ferdinandi I.* Caesaris filius *Ferdinandus*, an. 1550. uirginem nobilitate, forma, uirtute praestantissimam, **PHILIPPINAM**, nobilis & patritii Augustani *Francisci WELSERI*, baronis a *Zinnenberg* filiam (s). Ex quo matrimonio principes duum uiri procreati *Andreas de Austria* (n. 1558. m. 1600.) cardinalis & Belgii rex uicarius atque *Carolus de Austria* (n. 1560. m. 1618.) Hispanici belli dux fortissimus. Vterque Austriacae familiae si non ob sanguinem, tamen ob uirtutum specimina commendatissimus, Tantum uero abest, *Welseram* adpellari potuisse, mariti principis causa, principem uel archiducissam, ut potius constet, ante matrimonium habitum non fuisse legitimum, quam ad *legem* adligaretur *salicam* fideque daret coniux, nolle se suosque dignitate uiri mariti & patris sui archiducis Ferdinandi. Quod ut fieret, cum princeps *familia Austriaca* urfit, tum *ordines Austriacae prouinciales*, quorum uidebatur omnino interesse, ne imparis dignitatis mater sanguinem familiamque turbaret principalem (t). Succedant marchiones **BADENSES**, In his circa annum

Vera & dexterae fidei coniux esse debet, non sinistrae. Porrexit igitur *dexteram sponsae*, saluo iure *legis morgaticae*. Cognomine suomet honorauit sponsam adpellauitque **RYDOLFINAM**. Sed iurispublici de *impari matrimonio* nunquam est oblitus. *Matronam*, (Madame) non uero *principem* salutare iussit, remotis *principalis serenitatis* schematibus.

(s) Comes de **BRANDIS** im Tirol. Ehrenfranz p. 209. Erz-Herzog Ferdinand begab sich an. 1548. auf den Reichs-Tag nach Augsburg, daselbst en Philippinam, Franzen (*Antonium* dicit **MYLER** cap. 6. gamolog. s. 13. haud dubie false) **Welsers** eines vornehmen

adelichen Geschlechtes Freyherrn von Zinnenberg tochter, so damahls in der Schonheit den Ruhm des Vorzugs hatte, und selbige mit nicht wenigen lobblichen Tugenden beschmückte in das Gesicht bracht und also verliebt, daß er Sie durch ordentlich geziemenden Vorzug zu seiner Gemahlin anserkieset. An. 1580. starb die liebste Gemahlin Philippina, nachdem Sie ihren Reichs-Vater bekennet, Sie sehe den Himmel offenstehen, und ihr die heil. Engel entgegen kommen, ganz Christlich & reliqua. Ad datur **GANS** im Oesterreichsch. Freyenzimmer lib. 13. c. 1.

(t) Planus & plenus in hac historia *Micha-*
el PIC-

annum 1621. Georgius Fridericus sibi uxorem iunxit sui praefecti anno 1621.
 filiam plebeiam *Elisabetham STROZZIN* lege autem *salica*, ne *Strozzin*.
 uel illa princeps esset uel inde suscepti liberi succederent in-
 principatu (u). Quid quod etiam eiusdem gentis marchioni anno 1590.
Wilhelmo successio in principatum disputata, quoniam matre-
 editus esset nobilitate libera, quam adpellamus baronissam, non tamen *von Riue-*
 auitae nobilitatis, quam exigere soleamus Germani (x). De gente *rc.*
 ANHALDINA dictum est superius (y): quod factum sit pluries, ut impa- *ANHALDI-*
 res, uxores pares fierent iure Caesareo *codicillari*. Vbi uero defue- *NIS*
 runt *anno 1637.*
von Krosig.
 runt

et PICCARTVS (cuius descriptionem patri-
 arum familiarum Noribergae possident musae
 meae in *mscto* eoque authentico cum schema-
 tibus heraldicis) *decade X. cap. 1. obseruat.*
p. 137. 138. Cuius uerba hic nostra faciemus;
 sic ORDINES prouinciarum Ferdinandi archi-
 ducis Austriae NOLVERE liberos ex Philippina
 VVELSERA, elegantis ingenio & forma,
 uirgine patriua Augustae Vindelicorum fa-
 milia nata patri succedere. Non, ut opina-
 rur Thuanus, quod clam patre Ferdinandus
 illam sibi sociasset, quam quod IMPAR esset
 MATRIMONIUM & liberi ex eo suscepti tantae
 successiois CAPACES non uiderentur. Itaque
 mox multis precibus ab ORDINEBUS impetrare
 potuit, ut exiguum castellum (Burgau & Nellen-
 burg) ex tam opulento patrimonio detrabere-
 tur. Quo Carolum grandiozem natu cum
 marchiones titulo donauit. Andreas alter, ut
 in collegium cardinalium cooptaretur a Gre-
 gorio XIII. facile obtinuit. Quod si pro con-
 sugio legitimo pontifex non habuisset, factum
 id sane non fuisset. Cum Cardinalitius honor
 non nisi ex legitimo matrimonio procreatur ar-
 zribui solebat. In quo ultimo tamen pontifex
 facilis esse solet ad dispensandum, ut locus ad
 CARDINALITIAM dignitatem sit etiam illegiti-
 mo, quod habent PALAEOTTVS de nobis cap.
 57. n. 7. atque Iacobus COHELLIVS in no-
 titia cardinalat. cap. 9. p. 22. Etiam id habet
 Theod. PIESPORDIVS *rub. 3.* Ferdinan-

di filii ex Philippina Welsera, aliis contenti, a
 titulo archiducali abstinerunt.

(u) Notarunt hoc exemplum etiam alii.
 MYLERVS *gam. cap. 6. §. 13.* Georgius Fri-
 dericus, marchio in Baden & Durlach, iam se-
 nio constitutus, cum uirgine ELISABETHA
 STROZZIN, praefecti sui Stauffenbergensis
 filia matrimonium contraxit ad donationem
 morgnaticam. Vt uxor & liberi, quales qui-
 dem non suscepti, a successione ac schematibus
 familiae abstinerent, annuis redditibus contem-
 ti. Idem fere habet SALMVTH de impari ma-
 trim. p. 81.

(x) Pater illius Eduardus Fortunatus mar-
 chio Badensis (111. 1600.) duxerat Mariam
 Baronissam de Riuiere, Iodoci ab Eick, qui prin-
 cipis Auriaci mareschalcus, filiam. Adeoque
 imparem tantummodo, non plebeiam. Nihilomi-
 nus ob imparitatem dignitatis maternae, sta-
 tus ei quaestionem faciunt agnati negantque illi
 iura uocellionis. Clare BESOLDVS *lib. 1. no-*
micopoliticae diss. 9. n. 11. p. 121. Eo nomine
 status quoque controuersia mouetur posteris For-
 tunati Eduardi marchionis Badensis. Verum sit-
 stulit inaequalitatis litem rescriptum imperiale
 an. 1622. quo eorundem successio in feudum
 principale est adprobata. Repetit hoc exemplum
 KNIPSCHILD de fidei commiss. cap. 8. n. 440.
 ITTER de *feud. imp. cap. 14. §. 9.*

(y) In differentia 1. litt. c. p. 9. in ann. 1694
 atque 1693.

runt codicilli: ibi pariter iudicatum est *lege salica*. Imo, quod magis est, *Georgius Aribertus* princeps *Anbaldinus* uxorem sibi adiunxit *Ioannam Elisabetham*, Christophori de CROSECK, Anhaltini Marefchalli filiam anno 1637. Quamuis autem animus esset principis mariti, ut eam redderet principalis dignitatis participem siue per nuptias & dotalia pacta siue per Caesaris libellum; cum tamen principes agnati studia sua huic instituto obicerent, imo ipsi etiam ORDINES prouinciales contradicerent acerrime, indignum rati, focminam nobilem uenerari matrem patriae; non solum consilium mutauit princeps maritus, sed etiam cum uxore *Crosecchia* iurisiurandi formulae fidem suam addixit, cuius argumenta fuerant haec. *Primo* nolle se uxorem haberi *principem*, sed matronam nobilem; *deinde* ne liberos quidem suscipiendos plus habituros iuris & dignitatis; *post* utrumque coniugem eierare preces, Caesari forte porrigendas, ad obtinendam dignitatem principalem per codicillos; *praeterea* absolueri se principes agnatos ab omni hoc in genere obligatione; Imo ipse imperator *tandem* pacta habuit rata *an. 1637.* (z) Sed mortuo hoc principe *an. 1643.* filius ex impari hoc connubio susceptus CHRISTIANVS ARIBERTVS litem instaurauit iuitque ideo Viennam, unde ab anno 1660, id egit serio, ut haberetur princeps *Anbaldinus*. Idque ideo, quoniam factum patris filium non obligaret in iuribus, quae ei deberentur ex prouidentia maiorum. Accedere, quod ipsum patrem, melius informatum, factae transactionis poenituerit. Idque iure: quoniam, quadam naturae lege, filius sequatur dignitatem patris. Duxerunt igitur per decennium hanc feram contentionis. Vsque dum *Ernesto* Saxoniae duce intercessore superiori formulae accederet aliquod temperamentum. Scilicet, ut filio inaequali scribere liceret; *natus princeps Anbaldinus & comes a Baehringen;* *particula uti Anhaltinorum insignium;* *rogare a Caesare, stirpe Anbaldina aequali extincta, succedendi spem & quae reliqua fuerant generis eiusdem.* Interim assignatas ei praefecturas *Radegast,* & *Creuzengut* accepit posseditque non ultra sexennium. Nam anno 1677. Confluentiae mortuus est improlis ibidemque sepultus (*).
testa-

(z) Pronotans ad hoc exemplum MYLERVS *gamol. cap. 6. §. 13.* ex eoque FELTMANN *de impar. matr. c. 1. n. 53.* Sed nonnisi uerbis paucissimis.

(*) Vtinam de hac controuersia extarent acta plena uentilata per decennium in curia imperiali. Sed quam parum solidi in medium pro-

Atque in hoc exemplo, cum ceteris longe sit illustrius magisque testatum, calculum absolvimus, & tantum de exemplis praeiudiciisque LEGIS SALICAE inter Germaniae principes observatae. Quibus plura addere possemus, si quidem hoc ratio ferret instituti. Satis argumentorum est, Germaniae iura non ferre; ut *marius uxorem* ^{12) POENIS} *quae nobilitare.* Restant POENAE illorum apud Germanos, qui adpe- ^{statutis ma-} *trant coniugem inaequalis fortis & contra.* Testimonium est vere ^{trimonio} *tre-* ^{inaequali.}

E

protulerint huius patroni causae cum in tenebris nersati sunt iuris Romani, patet quidem ex illis, quae suae historiae Anhaltinae inferuit BECKMANNVS *part. V. lib. 3. cap. 6. uniuers.* p. 241. 242. *sqq.* Quae dabimus in summa. Georg Aribert geb. 1606. dem Kadegast, Klesch, Woerltz zu theil worden. Dahm 1637. Christoph von Korfegks Fürstl. Cammeraths, Marshalls und Hauptmanns Tochter Iohannem Elisabetham zur Ehe. Darauf zwischen ihm; den Bettlern und den Landständen viele beschwerliche Handlungen vorgegangen. Endlich hat man sich beyderseits 1637. also verglichen. I. Sollte die von Korfegk seine rechte Gemahlin bleiben, aber sich des Fürstlichen Nahmens, Titels und Würde enthalten, II. mit ihrer adelichen Würde sich vergnügen, III. sich vom Käyser nicht in Fürsten-Graven- oder Freyenstand erheben lassen, IV. nichts anders, als den Adel-Stand auch die Kinder verlangen, V. die Fürsten von Anhalt vor ihre Lehens- und Landes-Herren erkennen, VI. aller Landes-Folge sich enthalten, VII. an dem Kreuzischen Gut zu Wörlitz, samt Kadegast und Riesich, sich vergnügen, VIII. jedoch das erste gegen Geld abtreten, IX. alles nur auf die männliche Erben gehen, X. die weibliche mit Geld abgefunden werden und bedingten rückfalle. Auch haben die Land-Stände sich erkläret, keinen aus solcher Ehe in der Landes-Folge zu erkennen. Wie aber 1643. Georg

Aribert verstorben, und dessen Sohn Christian Aribert erwachsen, hat er sich wider den väterlichen Vergleich geleyet, und sich des Fürstlichen Nahmens, Titels und Wapens von Anhalt gebraucht. Auch vorgegeben, daß sein Vater seine Rechte nicht verstanden u. bereuet. Käyserliche M. solten dieses wieder aufheben, u. s. w. Und ohageachtet ihm deshalben von dem Haus Anhalt, sich eines bessern zu besinnen, scharf zugesaget worden, man denselben von Wien in die Anhaltische Lehens-Camer, als einen Vasallen citiret, auch bey Verlust des Lebens ihm in allem dem Verboth gethan: ist derselbe doch von seinem Anspruch und Proceß am Käyser nicht abzubringen gewesen. Endlich hat die Sache Herzog Ernst zu Gothen an. 1671. verglichen. Daß I. es bey dem väterlichen Vergleich verbleiben, er doch II. sich die männliche und weibliche descendenten, Graven zu Bähringen, Herrn zu Waldersee und Kadegast schreiben mochte, III. Christian Aribert auch vor seine Person, Fürstens zu Anhalt ehelicher und einiger Sohn, IV. den gebrachten Bähren auf den Wappen zu gebrauchen, V. gebe ihm und seinen Nachkommen frey die expectanz und Anwartsung auf das Fürstenthum Anhalt zu suchen, VI. solle der Proceß gehoben und getilget seyn. Geschehen 1671. Ullein an. 1677. den 14. Julii ist Christian Aribert zu Coblenz unverehliget gestorben, und mithin alle weitere Fragen ein Ende genommen.

tremendum, quod habet ADAMVS Bremensis (a): *Id legibus firmatum (Germanicis & Saxonis), ut nulla pars in copulandis coniugiis PROPRIAE SORTIS TERMINOS TRANSEAT. Sed nobilis nobilem (non plebeiam) ducat uxorem. Et liber liberam, Libertus coniungatur libertae & servus ancillae. Si vero quispiam horum sibi non congruentem & genere PRAESTANTIOREM duxerit uxorem, cum VITAE suae damno componat. Quod valde mirum in tanta praefertim lenitate, qua alias Germani temperare solent delicta immanissima (b). Vnde facile ad intellegendum, quam res fuerit odio & indignationis plenissima: UXOREM DUCERE AUT NUBERE EXTRA ORDINEM (c). Imo tantum abest, uxori ple-*

(a) Locus habetur lib. 1. cap. 5. *historiae eccles.* his verbis conceptus: *GENERIS quoque ac NOBILITATIS suae, providissimam CVRAM habentes NEC FACILE ullis altiarum gentium vel sibi INFERIORVM CONNVBIIIS INFECTI propriam & sinceram tantumque SIBI SIMILEM GENTEM FACERE conati sunt. Vnde habitus quoque & magnitudo corporum comarumque color, sicut in tanto numero hominum, idem est pene omnibus. Quatuor igitur differentiis gens illa consistit NOBILIVM, & LIBERORVM, LIBERTORVM atque SERVORVM. Et id LEGIBVS formatum, ne ulla pars in copulandis coniugiis, propriae sortis terminos transferat (transcat) & quae sequuntur. Tanti facit haec CLYVERVS ut lib. 1. *Germ. antiq. cap. 15.* scribat: *Rigida lex: sed utilisima. Hodie etiam in Germania idem nos quam religiosissime observatur. Non equidem poenae alicuius metu, sed antiquissima persuasione. Quum omnino se suumque ordinem possui credant NOBILES homines si quis vel tenuissima forte nobilis vir ducat OPIDANAM, licet ditissimam. Quin & ipsi opidani duobus inter se distinguuntur ordinibus. Quorum alter PLEBIIORVM, alter PATRITIORVM, Legibusque apud eos cautum est: NE QVIS EXTRA ORDINEM SVVM VXOREM DUCAT. Institutum, quod post terrarum inundationem coepit quod-**

que colunt hodieque IAPONII. Nescio, unde Cluero tanta aduersus inaequalia connubia indignatio. Ut nobis persuadere velit, principio rerum hanc legem coenam. Quod si est, quid obstat, quominus deliriis subscribamus quorundam Iudaeorum, qui causam diluuii ponere solent in matrimonii imparitate. Esse hoc illud sacri codicis: quod filii DEI id est, magnates, cum filiabus hominum, id est, plebeis nuptias contraxerint? Quam fabulam notat Alber. GENTILIS de nupt. lib. 1. c. 3. Ego met memor sum illius Tulliani ediciti: ne quid inter nimium & parum.

(b) Nam ipsa homicidia non sanguine uindicantur, sed multa. Verum ager ex instituto de his *dn. praeses* in opusculo de IMMUNITATE HODIERNAE IURISPRUDENTIAE CRIMINALIS.

(c) CAUSA potissima quaerenda forte in pluribus. *Primo* moribus Germanorum plebs in despiciat extremo. Vnde CAESAR lib. 6. *comment. ait: plebs pene servorum habetur loco.* Quod hodieque fieri solet in vicina Polonia. Neque aliter quondam Romae. Donec seditio ac secessio plebs omnes fere ciues cogeret in iurium & sacrorum aequalitatem. Deinde apud Germanos plebs non eadem ad emergendum & bene merendum de patria occasio. Nam plebcius exclusus fuerat ab ordinibus militari-

bus

plebeia a nobili marito conferri potuisse dignitatem: ut potius ipse maritus ob plebeiam uxorem fuerit nobilitate aliquando orbatus & deficiutus (d). Finimus pensum hoc in sanctione Porussica; qua nobilium Lege clientum repressit ac refrenauit conatum in connubio inaequali. Ne- gatur enim filiis eorundem successio in clientelas, si quidem illi matre oriundi infimae plebis (e). Quae lex ideo hic extolli debet, quoniam connubia ad pristinam patriae institutorum reuocat innocentiam, dignitatem, paritatemque.

(h) Fateor, numeros eorum iureconsultorum longiores esse, qui inaequalia matrimonialia habent pro legitimis, id est, talibus, unde eadem uxori & liberis iura & dignitas, quam ex aequali: quam, quidem illorum, qui statuuo contenduntque ex aduerso. Vnde imparia principia nostra forte impeti possunt ab opinionis aliqua insolentia & nouitate. Verum quod usu tot seculorum patet, illud habent frustra

E 2

bus & ciuilibus. Quoniam utraque munera occupauerunt homines ex nobilitate. Praeterea nulla nobilitas codicillaris penes ueteres Germanos. Vnde plebeium quemuis oportuit intermori inter sui generis sortem. Neque etiam nobilitas uel nuptiis procurata uel adoptionibus.

(d) Descimus hoc ex LL. TORNEAMENTARIA, quam dedimus differ. 2. p. 16. signo*. Unde ob ein Thurniergenos eines Bürgers Tochter heurathet, der mag ungeschlagen und ungeschrafft den Thurnier nicht gebrauchen. Auch derselben Kinder und Weiber so einem gebohren, und ihre Kindes Kinder bis in das dritt Geschlecht. Et in ARTIC. XII. Ob aber einer oder mehr seyn würden, die solche Freyhelt (der adelichen Thurnier) verachten und nicht davon halten wolten; Sondern gewaltig einbrechen, und den alten Geschlechten gleich reiten: der oder dieselben sollen, nach Erkänntnis Thurniers-Freyheit, in offenen Thurnier von männlichen gestrafft und mit ihuen um das Pferd geturniret. Er selbst aber auf die Schran-

ken (oder den Zaun um den Thurnier) gesetzt werden. Quod his uerbis reddit Franc. MODIVS pandectar. triumphal. part. 2. p. 9. Si unus pluresue emendicatae nobilitatis, cum iis, quibus ius est decurrendi, sese permiscuerint: hi tales uerbis multentur, ex bastiludiorum consuetudine & ubi de equo concurrerint septis, notae causa, inequltate adigantur. Vnde uulgi sermo: ein Zaunritter.

(e) CONSTITUTIO FRIDERICIANA concepta an. 1697. uerbis, quae in epitome sequuntur: Wir Friderich 2c. 2c. Nachdem Uns die sämtliche Rittertschaft zu vernehmen gegeben, was gestalten sich einige von Adel zu Schmäherung des Adelslandes und zu nicht geringer Beschimpfung mit Bauern und andern gemeinen Töchtern verahlet, mit Bitte, daß Wir solche matrimonialia pro morganaticis erklären wollten. Sehen demnach, daß, wann künftiglich sich von Adel iemand gelüsten lassen solte, mit Bauern und anderer Leute, so gar geringen herkommens, Töchtern sich zuverehlichen, derselbe zwar, Zeit seines Lebens die Lehngüter be-

stehen

pro legiti-
mis.

Quod no-
stra senten-
tia 1) no-
uitatis ar-
guenda.

2) Commu-
nibus ad-
uersa.

3) Confu-
sa consilia
cum iure.

4) Diuinis
LL. bella
iudici ma-
xime N. T.

frustra adducitur ad suspicionem alicuius rei & iuris infueti. Sed primum puto hactenus clare euictum & commonstratum. Deinde licet plurimi doctores stent hic ex aduerso; non tamen ea in re numeri attendendi, sed lex, ratio, usus. Praesertim cum clarissimum sit, aduersae partis doctoribus glaucoma imposuisse ius Romanum, ut nequiverunt de oculis abstergere & intueri utriusque longissimas differentias. Praeterea oggerent alii, aequalia quidem matrimonia optanda esse, ob causas plures politicas & morales; uerum non ideo, quod nos fecerimus, inaequalia proscribenda atque habenda pro illegitimis. Verum nos ideo in superiori commento nullis argumentis usi sumus uel moralibus uel politicis uel oratoriis, ubi campus patet amplissimus ad philosophandum & declamandum, utrum praestet, inaequalia matrimonia tolerare, an proscribere de re publica. Sunt tamen omnia haec a iurisprudentiae arena alienissima, cum religioni ducere sibi debeat iureconsultus de legibus disputare aut, quod in illis decisum est, habere instar problematis. Erubuit igitur ea in re calamus noster, scribere sine legibus, moribus, institutis. Porro diuinas leges, praesertim ex lumine illustratas noui foederis, paritatem magis uelle animorum, quam sanguinis atque ultimum in genere eorum regnare, qui sint, sermone sacri codicis, secundum carnem. Verum nihil hic, quod diuinum est, adimitur connubio inaequali, sed tantum id, quod ciuile quodque debet largitrici reipublicae, hoc est, tituli, insignia, schemata, imperia, cingulum militare, quas umbras spernere didicit, quotusquisque animum habet, sacro fla-

sigen, auch Helm und Schild behalten (quod olim non fiebat, ut scriptum est litt. x) die Söhne aber die in solchen Ehen erzielt, sich dessen nicht anmaßen noch zur successione im Lehen verstatet, sondern beides Söhne und Erben sich an dem Erbe, so ihr Vater verlässt, begnügen lassen, die Lehen aber an die Agnaten und Mitbelehnten verfallen. Es soll aber dieses ad casus praeteritos nicht gezogen werden. Gegeben Cöln den 30. Nou. 1697. Vnde satis clarum, Porussico iure 1) maritum nobilem per nuptias uxorem non nobilitare 2)

ipsum maritum nobilem ex coniuge plebeia deminuere nobilitatem 3) conseruationem iurium nobilitatis illam esse ex principis indulgentia 4) liberos non haberi censu nobilium, sed plebeiorum 5) puniri imparia connubia feudi priuatione. Neque dubito, olim quoque in provinciali nobilitate haec fuisse instituta. Cum certum sit, bona equestria neque possideri neque acquiri potuisse, nisi ab homine plenae nobilitatis. Quod ostendit dn. praefes in iuris Lusatici & communis differentia VII. litt. pp. p. 20. 21. Qui locus omnino huc est referendus.

flamine subactum. Post exempla proponuntur Caesarum & regum orbis maximorum, qui omni aevo ad contrahendas nuptias quandoque foeminas uocauerint ex infima plebe, quibus felicissimus responderit euentus. Verum illis lex nulla fuit connubialis, quae posita est Germaniae principibus. Igitur status naturae cum civili non debet commisceri. Imo etiam LL. patriae id exigere uidentur in imperatore, ne editus sit matre ignobili & plebeia (g). Tum ipsius etiam republicae interesse, ut matrimonia sint libera. Verum frustra hic quaeritur, quid expediat, cum id requiratur, quid sit iustum. Imo non tolli inaequalia matrimonia, sed eis subtrahi beneficia, statuta aequalibus. Quid? quod magis sit, naturae ordinem uelle, ut fructus adpelletur ex semine, non ex terrae genere, cui inferatur. Vltimae conferri uxorem, primo maritum. Sed alia est Germanorum philosophia. Qui & seminis materni participem fieri, credunt sobolem. Neque entia naturalia cum moralibus miscenda, de quibus ultimis hic disputatio. Tandem iuris Romani in Germanico regnare auctoritatem. Sed hoc indulgere uxori nobilitatem mariti. Verum principio aliter Romae, ubi nuptiae cum plebeia ipso iure nullae. Postea uero promiscui generis connubia nobilitati Romanae extorsisse plebem impetuofam & perduellem. Vltimum igitur foetum exclusisse turbas: primum rationem & ordinem. Demum ipsas Germaniae leges uelle, ut habeatur eques, cui pater eques, ein ehelich Kind behält seines Waters Heerschild/ & porro ein Ritters Weib hat Ritters Recht (g). Verum iura Germanica his prouerbiis alios sensus tribuunt, quam Romana. Scilicet in primo dicitur, quod dignitas sit gentilitia transcatque

5) Principum Germaniae dignitatem maioris crediti, quam regum.

6) Interesse reipublicae, ut matrimonia libera.

7) Obstrepit ipsi NATVRAE.

8) LL. ROMANIS.

9) LL. GERMANICIS.

E 3

(f) In MEICHSNERI speculo iuris Sueuici cap. 22. Die Fürsten sollen kiesen einen Ad- uig, der ein Freyherr sey. Und also frey, daß sein Vater und seine Mutter frey seyn gewesen und nicht sollen mittelfrey seyn. Et porro de uxore Augusta; und haben Sie Eheweib zu der Ehe genommen, und ist die Frau nicht als frey, so solle man sie nicht kiesen zu Königin. Dann das wäre wider recht. Vnde facile ad intelligendum. Primo inter candidatas imperii non fuisse ex inaequali susceptum matri-

monio: deinde neque Augusti uxorem, si originis plebeiae, factam esse Augustam per connubium. Id est, uxorem neque hic coruscare mariti dignitate.

(g) Ex instituto de utraque iuris paroemia. HERTIUS paroem. VI. & VII. Qui ideo Germanica iura confert cum Romanis, per quae foemina plebeia nanciscatur sui mariti nobilitatem. Quod nos exposuimus differentia II. litt. e. p. 11, 12, 13.

catque ad posteros, quod neque nos inficiamur. *Alterum* uxori, si quidem sit nobilis & dignitate aequalis, tribuit iura mariti. Sed in neutro sit aliqua mentio casus, quem nos respondimus, quid tum-
 60) Iure sentiendum, si uxor mariti nobilis sit *originis plebeiae*. Ad extre-
 CANONICO, mum confugere solent ad decreta iuris canonici, quod non tam ad-
 probet inaequalia connubia, quam commendet (h). In causis autem
 matrimonialibus maiorem haberi illius rationem, quam iuris ciuilibus.
 Verum canones quoque iuribus & moribus cedunt patriis. Vltimos
 autem matrimonia inaequalia proscribere aut atro notare calculo, id
 11) LL. ei. quidem est, quod superiori nota dedimus probatum. Quapropter
 VII. IEBV. etiam nulla hic auctoritas *iuris ciuilibus* Romani, quod pariter subsidia-
 rium, ut adeo frustra sint, qui hic fingunt utriusque iuris harmonias,
 12) Nume- cum statui contra debeant immanes differentiae. Ad extremum con-
 FO PRVDEN- fugere solent ad numeros & multitudinem iureconsultorum Germa-
 TYM. niae & alibi, qui hanc causam respondeant ex legibus Romanis pu-
 tentque, omnino etiam in Germania uerum esse, quod *uxor plebeia*
nobilis audiat ob nobilitatem mariti. E quibus praecipuos nominabi-
 mus. Sunt uero in illis PFEIL (i) VVLTEIUS (k); SIXTINVS (l);
 BOCERVS (m); TVBINGENSES (n); TREVTLERVS & BACHOVI-
 VS

(h) Quod in hoc genere arguit ita: ubi ma-
 ior inaequalitas fortis & fortunae; ibi magis
 inuentus amor & commiseratio. Adduntur nup-
 tiae Iacobi cum ancilla, de quo plenius inter-
 pretes ad cap. 2. & ult. X. de coniug. seruar.

(i) Consilio 18. ubi quaestio: an illustri
 persona, quando ducit nobilem, sibi praeiudicet
 in feudo & dignitate.

(k) MARBURGENSIUM consiliorum uol. 3.
 conf. 17. ubi non sine cura defenditur: nobi-
 les nasci ex matre etiam ignobili & foeminam
 reddi nobilem per maritum.

(l) MARBURGENSIUM consiliorum uol. 2.
 conf. 9. quaest. I. ubi casus respondetur: quod
 foemina ignobilis, illegitimae filia nihilomi-

nus & ipsa per nobilem maritum nobilitetur
 & iura liberi consequantur nobilitatis cum in-
 titutu feudi, tum allodii neque ex aduerso latae
 leges & consuetudines habendae pro rationa-
 bilibus.

(m) De regalib. cap. 2. num. 14.

(n) Consilior. Tubingensium part. 2. conf.
 88. in quo tres casus respondentur adfirmando
 1) comes ducens uxorem nobilem (wenn
 ein Graf eine gemeine von Adel heurathet) an
 audire debeat comitissa? 2) an eius liberi sint
 comites? 3) an codicillus imperialis ob sit im-
 pari matrimonio. In quo fiat mentio daß ein
 Baron in den Grafen-Stand erhoben, Weil er
 von einer Grävin geböhren.

VS (o); MYLERVS (p); SALMVTHVS (q); FELTMANNVS (r); ITIERVS (s); HERTIVS (t) aliique. Verum enimvero in grauisimo hoc argumento non quis statuatur, sed quo iure? est considerandum. Nam omnes coeco quodam solennique impetu iuris Romani & canonici decreta sequuntur cum iisque delirare & ineptire malunt, quam sapere ex patriae institutis & rationibus consultissimis.

DIFFERENTIA III.

Num foeminam *nobilem denobilitet* maritus plebeius.

Romano iure *foemina*, nobili stirpe oriunda eo ipso *amisit* nobilitatem, dum uiro *nupsit* plebeio (a): contra moribus institutisque Germaniae non solum mulieres gentilitiam nobilitatem siue primi siue medii siue ultimi gradus retinent, etiam plebeiorum uxores audiunt nihilominus *principes, comitissae, baronissae, nobiles* gaudent. que adpellationibus *durchlauchtig/hochgebohren/wohlgebohren/gnädig* (b); imo, quod magis est atque legibus Romanis pariter aduersum (c), *semi-*

Vxor I.R. sequitur uilitatem mariti.

Non Germanico.

(o) *Disput. 2. §. 10. ult. A. p. 29.* ubi dicit: *ordinario iure sufficere nobilitatem patris, excipi tamen casus, ubi etiam matris nobilitas requiratur. Rehmlich die volle Geburt ein vollbürtiger Adel.*

(p) Qui in *gamologiae* cap. 5. uniuerso agit: *de matrimonio principum & comitum Germaniae inaequali.* Putat quidem talia non optanda esse, licet, ut addit, leges ea ferant neque inde liberis recte negentur patris iura & successio.

(q) Extat *Henrici SALMVTHI Icti* responsionum pro *matrimonio principis cum uirgine nobili.* Vbi & plebeiae nobilitatem & nobili

dignitatem principalem adrogat ob iura suorum maritorum.

(r) In libro peculiari de *impari matrimonio*, ubi causam tuetur *Benthemensem* statque pro liberis ex impari thoro natis magno rerum numerorumque adparatu.

(s) De *feudis imperii* cap. 14. §. 9. p. 714. 715. ubi prorsus est Romanus laudatque suae sententiae patronos REINKINGIUM, MATTH. STEPHANI, KNICHENVM, alios.

(t) In *paroemia iuris*: *ein ehlich Kind behält seines Waters Heerschild §. 1.* atque de *specialibus Germ. rebuspubl. sect. 2. §. 5.* Quod ualde miror.

Vbi uen-
ter etiam
liberos
nobilitat.
mina nobilitatis maternae in ipsis liberis solent
propagare in eosque diffundere. Vt uulgi ser-
mone dicatur *uentre annoblist* (d).

I.R. qui
maritus
denobilitet
uxorem
l. 3. C. de
iurilleg.
l. 13. C. di-
gnit.
(a) Clarus est ea in re VLPIANVS l. 8. foeminae ff. de Senator.
ubi inquit: foeminae clarissimae dicuntur senatorum filiae, donec ple-
beii nuptiis fuerint copulatae. Vbi dignitatem amittunt. Idem habe-
tur in l. 3. ingenuae C. de iurillegulis, quod si mulier generis splendorem
utilitati ex nuptiis cum plebeio praesferre noluerit, sui mariti conditione
teneatur. Idem fit, si uidua per nuptias nobilitata nupserit deinde
plebeio, ubi pariter extinguitur eius nobilitas, quod l. 13. mulieres dici-
tur C. de dignitat. Plura habet congesitque TIRAQUELLVS in Leg.
communal. l. 1. n. 18. atque in libro de nobilitate cap. 18. n. 16, 17.
Causa forte in eo quaerenda: quod illa, quae particeps fit ma-
riti dignitatis, eius etiam consors reddatur in uilitate & despectu. Ac-
cedit, quod apud Romanos nulla dignitas uere gentilitia: imo mulier
sui causa non habuerit dignitatem, quae omnia apud Germanos se ha-
bent ex aduerso.

Quare
Germanis
uxor non
denobili-
tetur per
maritum?
(b) Neque hoc apud Germanos fit sine ratione. Primo enim uxor
apud illos non fulget splendore dignitatis mariti, igitur neque par est,
ut dignitatem, quam ipsa habet, per maritum amittat. Deinde no-
bilitas Romanorum pependit ab umbris auitarum imaginum, non san-
guine innexa, quod fit apud Germanos. Vnde facile est ad intelli-
gendum, quare difficilius apud nos illa amittatur. Tum ipsae mulie-
res nancisci potuere, sui etiam causa nobilitatem, igitur umbris alie-
nis mariti illa non potuit extingui. Iure certe meritoque in mores
patriae iuit: ut plebeii uxor, ortu suomet nobilis adpelleretur gnâdige
Frau fiatque idem hoc, si comes ducat foeminam principem, cui ni-
hilominus schemata manent Durchlauchtig / Hochgeböhren etiam usu
imperii curiali. Qua de re plenius egerunt HOEPING de iure insti-
gnum cap. 7. num. 56, 57. SPRINGSFELD de apanagio cap. 3. n. 13.
MYLER in gamologia cap. 5. n. 24, 25. de LVDOLPHIS de iure foemi-
nar. sect. 1. §. 12. p. 28, 29. Vbi tamen puto illud quoque addendum, quod
neque eius generis uxori nobili negari possit effectus nobilitatis prae-
cedentia.

(c) So-

(c) Solis enim foeminis *Illyensibus, Delphis, Ponticis* id iure praecipui indul-
 eum, ut liberos suos possent *nobilitate*. Dicit hoc l. i. *municipem* ff. ad *municipalem foeminae*
 & de *incolis*. Ibi *VLPiani* uerba sunt fere haec; *Municipem facit pater, non ma-*
 ter. *Nisi materna origo munita* priuilegio. *Vt puta ILIENSIBVS est concessum, ut*
qui matre Illyensi est, sit eorum municeps. Etiam DELPHIS hoc idem tributum. Etiam
PONTICIS hoc ex beneficio datum. Id quod ad uulgo quaesitos quidam, sed falso re-
stringunt. Conferunt cum his priuilegiis mores illorum, penes quos hoc quidem iu-
 ris fuit: ut filii filiaeque a *matribus* denominarentur; *matrum* sequerentur *dignita-*
tem; sub *matris* etiam agerent *potestate* cetera, de quibus ex *HERODOTO, PLV-*
TARCHO, POLYBIO loca congesse-
 runt *TIRAQUELLVS de nobilit. cap. 19. n. 25.*
HOEPING de iure insign. cap. 7. §. 2. n. 87. & iureconfulti ad l. i. ff. ad *municipalem*
 humaniores alii.

(d) Multis testatum est, quod moribus Germanorum etiam *nobilitate* uenter; Quare *libe-*
 sed plerique huius consuetudinibus nullas esse putant rationes. Imo tantum non eam *ri* apud
 habent pro irrationabili & iuris rectique normae inconcinna. *Petrus RAT,* con- Germanos
 suetudinum *Pictauiensium* iuculentus interpres (a) agnoscit quidem, uelle illas; *participent*
 ut uenter *nobilitate*, ut *liberi matre nobili oriundi habeantur pro nobilibus, licet pa-*
tre editi sint plebeio. Sed pergit: *Hac in parte non potest adferri idonea ratio, te materna?*
Satis ergo pro ratione uoluntas legislatoris. Neque ea in re felicior *CHOPPINVS* (b),
 qui acquiescendum esse putat consuetudine, quae instar sit legis etiam apud *Andios, Ad-*
 dit illis *GOTHOFREDVS* (c) *Campanos, Trecentenses, Senonenses, Caluimontanos,* ali-
 osque alii in iisque *PITHOEVS* (d) & *Charles LOYSEAV* (e), *CONNANVS* (f),
CHRISTINAEVS (g), *P. GREGORIVS* (gg): ut inde argui possit, uniuersam fere
 Franciam his quidem uixisse institutis. Atque hoc etiam iure usos fuisse Germanos, mihi
 admodum est opinabile. Neque sine ratione. Nam principio *Germanicis foemi- Causa*
 nis prima.

(a) Verba *LL. PICTAUIENSIVM art. 286.* sunt
 haec: *Si aucun roturier prend femme noble, les*
enfants succederent a celui, qui sera noble. Quod
 tantum non explodit suo iudicio *RATVS in com-*
ment. ad consuet. Pictau. p. 421. p. 422.

(b) In *LL. Andium lib. 2. cap. 3. n. 14. 15.* *Vbi*
curiae Parisinae praeciudicium laudat, quo gene-
rosae foeminae heredes nobilium iure aestimati,
licet marito fuissent editi plebeio.

(c) In notis ad l. i. ff. ad *municipalem.*

(d) In commentario ad consuetud. *Trecent-*
ses art. 1.

(e) In libro des ordres des simples *Gentils*
hommes chap. 5. p. 55. 56. *Vray est, que les cou-*
stumes de la prince de Champagne, a scauoir
Troyes, Sens, Meaux, Chaumont, Vitry portent
expressement: que pour estre noble il suffit d'
estre descendu de mere noble. Tribuit quidem
 hoc priuilegio auctor *Caroli Calui,* ob sexus fe-
 quioris in praelio *Fontanedano* fortitudinem &

uirtutem.

(f) *Lib. 2. comment. iur. ciuil. cap. xi. p. 127.*
128. qui aliam adfert causam. *Male Campani,*
uicini nostri, qui nobilitatem etiam a matre sibi
sumunt, patre licet ignobili. Sed sic est usus.
Eam illi causam adferunt, quod atrita quon-
dam bellis multis & pene exhausta eorum nobi-
litate conuenium fuisset: VT MATRE NOBILI
NATVS, QUANQVAM PATRE PLEBEIO, SPLENDO-
REM GENERIS CONSEQUERETVR. Quod ipsis nobi-
libus in bonum conuertit. Parua enim dote pos-
sunt filias ditissimis ex plebe hominibus colloca-
re, nobilitatis cupidissimis. Ego autem existimo,
nobiles eorum esse, qui olim erant liberi.

(g) In iurisprudentia heroica *part. 1. ad art.*
2. §. 33. 38. 39. p. 133. 134. *Vbi illud VIRGI-*
LII lib. II. Aeneid. u. 36. huc refert:

Genus huic *MATERNA* superbum
NOBILITAS dabat, incertum de patre ferebat.

(gg) *lib. 7. de republ. cap. 11. n. 99.*

secunda

tertia

quarta

quinta.

l^g. Mensia.

vis vera nobilitas in sanguine; non tantum *adsciticia* ex nomine patris aut mariti, ut Romae. Quod si autem *nobilitas* vera, quis quaeſo dubitet illam in liberos propagari. *Deinde* cum Germani ne quidem illum agnoscant plene nobilem, nisi *matre* quoque nobili sit susceptus; eo certe ipſo id matribus & liberis dant, ut transferant participentque maternam nobilitatem. *Præterea* Germanico iure ipſi etiam liberi sub potestate agunt materna, adeoque eo quidem est magis consultum, illis communicari ab eadem maternam nobilitatem. Porro imperiales codicilli sapius hoc etiam argumento utuntur, quod candidatus mereatur nobilitatem, quoniam editus sit matre nobili. *Post* ipſe usus docet, quod liberi matre nobili editi haberi uelint pro hominibus *semiplenae nobilitatis*, de qua superius p. 21. litt. p. Imo firmare hanc sententiam ipſius exemplum *seruatoris* nostri, sunt, qui adfirmant, Idque ideo, quoniam ipſe habuerit numeraueritque regalem a David oriundam nobilitatem suam ex diuæ uirginis sanguine materno (h). Quod si igitur *comitissa* extra matrimonium cum plebeio ederet liberos susciperetque; illos omnino haberem *comites*, idem de dignitatibus aliis, eo quidem usque ostenderetur aduersa uel lex uel consuetudo. Qua iure eo sum fidentior. Quoniam ipſius etiam VLPIANI (i) haec philosophia, quando ait: *connubio interueniente liberi patrem sequuntur & non interueniente connubio MATRIS CONDITIONI ACCEDUNT. Excepto eo, qui ex peregrino & ciue Romana peregrinus nascitur. Quoniam lex MENSIA ex alterutro peregrino natum DETERIORIS parentis conditionem sequi iubet* (k). Licet igitur magno doctorum adparatu HOEPINGIVS (l) neget, nobilium foeminarum liberos iura habere nobilitatis & insignium, si suscepti sint extra connubium; cum tamen dubitantium rationes ex iure requisitiæ sint Romano, quo res illustrium Germaniae familiarum non reguntur sintque plures rationes ex aduerso, quod mulieribus Germanicis uera sit nobilitas; eaque gentilitia; per sanguinem propaganda; quae non amittitur ipſo iure, sed praecua degradatione; uerba etiam uulgi dicatur *keine Mutter trägt einen Bastard*; imo plurium foeminarum superint exempla, ubi matrum liberi insignia materna occuparunt transtuleruntque in posteros, eo tantum discrimine, ut insignia eius generis notam acciperent ac *intermediam uirgulam* non infamiae, quae consistere nescit cum nobilitate; sed materni ornamenti. Atque haec sufficient sint, quae legitima aliarum in hoc genere differentiarum elementa, facile quoque exponenda (m), nisi temporis ratio iuberet uela contrahere.

(h) Commonuit nos huius exempli HOEPING de iure insign. cap. 7. n. 87. p. 469.

(i) In fragmentis tit. 5. §. 8.

(k) Atque hoc forte est, unde iuris Germanici compilator supra p. 13. litt. g. dixit: *das Kind gehdret iur ärgern Hand*. Quae uox peregrina in Latioque nata, non in Germania.

(l) De iure insignium cap. 7. §. 3. n. 30. ubi sigillatim respondet questionem: *an illegitimi liberi maternae familiae insignia iure deferre queant?* Quam post rationes dubitandi tandem negat.

(a) Exempli gratia I. Romano iure nobilitas conferri potuit *adoptando*: quod fieri nequit Germanico II. uerac *gentilitiae* nobilita-

tis Romani quondum expertes III. Nobilitatis Romae duo tantum gradus, patritia & equestris; sed multiplices apud Germanos. IV. Nobilitatem ipſo iure extinctam apud RR. per delicta; contra apud GG. degradatione V. Romae paria iura antiquae nobilitati & nouae; sed Germanis primae multa deferunt iure praecipui. VI. R. iure dispensauerat imperator in matrimonii imparitate, sed Germanico imperiales nouae nobilitatis scribuntur codicilli VII. R. LL. impares nuptiae olim ipſo iure nullae, sed Germani tolerant illas, negatis tantum schematibus nobilitatis VIII. R. iure uxor umbra mariti; Germanico socia ac coaors & quae sunt generis eiusdem.

o 333 (o) 362

153077

ULB Halle

3

003 856 860




5b.

Vd 17

R





DISSERTATIONE INAUGVRALI
DIFFERENTIAS IVRIS
ROMANI ET GERMANICI

IN
**DIGNITATE
VXORIS,**

Dom Kunzel-Adel/

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO REGIAE DOMVS PRINCIPE AC DOMINO,

CAROLO,

PRINCIPE PORVSSIAE, MARCHIONE BRANDEN-
BVRGICO, CETERA,

PRAESIDE

IOANNE PETRO Ludewig, ICto,
SACRAE REGIAE MAIESTATIS CONSILIARIO INTIMO ATOVE IN REGI-
MINE DVCATVS MAGDEBVRGICI, PROFESSORE IVRIS AC HISTORIA-
RVM ET DVCALIS TABVLARII PRAEFECTO h. t. FRIDERICI-
ANAE PRORECTORE,

PRO PRIVILEGIIS IN VTROQVE IVRE DOCTORIS,
RESPONDEBIT

IOAN. CHRISTIANVS ECKARDT,

VITEBERGENSIS
CVRIAE SAXONICAE ADVOCATVS.

DIE IX. MENSIS IVLII ANNI clō 1000 XVII.

H. L. Q. S.

HALAE VENEDORVM

Typis IOANNIS MONTAGII, Acad. typogr.

Inches

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black